PLANTÆ COTYLEDONEÆ FLORAE GOTHOBURGENSIS,

QUAS,

SECUNDUM FAMILIARUM NATURALIUM ORDINEM FRIESIANUM,

DISPOSUIT ATQUE DESCRIPSIT

JOHN ERH. ARESCHOUG.

LONDINI GOTHORUM,

SUMTIBUS C. W. K. GLEERUPII; TYPIS BERLINGIANIS.

MDCCCXXXVI.

VIRIS CELEBERRIMIS:

ELIÆ FRIES

PROFESSORI UPSALIENSI,

PRÆCEPTORI SEMPER COLENDO,

ET

PETRO F. WAHLBERG

PROFESSORI HOLMIENSI,

FLORÆ GOTHOBURGENSIS
EXIMIO SCRUTATORI

SACRABE

VOLENS DEBUIT
AUCTOR.

Lecturo.

Jam decimus et sextus volvitur annus ab editione Cel. Wahlbergii Floræ Gothoburgensis, quo tempore cognitio plantarum Patriæ tam multos et insignes fecit progressus ut, hos si respexeris, multa in regione Gothoburgensi detegenda fuisse, unicuique facile pateat. Hoc optime sentiens pluresque per annos hanc regionem perlustrans, varias inveni novitias, quas Supplemento Floræ Wahlbergianæ in publicam emittere lucem, diu in animo fuit. At denique consideranti quam esset inutile Spicilegium in opus librariis jamjam desideratum edere, melius mihi visum est novam Floram Gothoburgensem elaborare, quæ non solum enumeraret species, verum earum generumque etiam contineret characteres breves et fini accommodatos.

Me hac edenda primum in id intendisse ut, qualiscunque est, cognitioni plantarum intra Sveciam distributionis geographicæ consuleretur, nemo mirari potest, qui sciat quantum Flora totius Patriæ Floris sic dictis specialibus innitatur. Hoc respectu longe mihi visum est satius, plantas secundum ordines seu familias naturales disponere, quam Systemati sexuali Linnæano obedire; quo constituto, mox in manum venit Cel. Friesii Topographia Scanica, *cujus series, classes atque familias* presse *mihi sequendas proposui. Hoc in causa est, cur non solum classium verum etiam familiarum exscripserim characteres; nec aliud mihi fingere possum quam valde esse inutile, ne dicam irritum, alius auctoris classibus atque familiis novos characteres, mutatis verbis, exhibere.*

Deinde etiam optavi enchiridion juventuti studiosæ Gothoburgensi præbere, sperans fore ut id veniat tempus, quo in juventutis fingendis animis ipsa cognitio Naturæ non obscurioris, quam quæcunque alia, habeatur loci. Quod si contigerit, ut "Linnæi scientia," apud

exteros sedulo exculta et celebrata, in ipsius non omnino despiciatur patria, hoc nostrum opusculum eo gratius fore, fas est credere, quod in Scholis et Gymnasiis specialibus prius, quam generalibus, studeatur necesse est.

Eisdem fere finibus ac Cel. Wahlberg hanc florulam circumscripsi. Complectitur enim paroecias Fässberg, Kållered, Råda, Frölunda, Askim, Styrsö, Örgryte, Partele *proximamque partem insulæ* Hisingen; *quibus tamen addere mihi visum est necessarium insulas extra Gothoburgum magis septentrionem versus sitas, scilicet* Hönö, Öckerö, Björkö, *ceterasque minores. Totius hujus regionis, et soli et vegetationis, excludere adumbrationem, varias propter causas, coactus sum; quam vero, si fata permiserint et otia, in parte secunda, plantas Acotyledoneas continente, edere forsan licebit.*

Denique observandum varia irrepsisse vitia, quorum vero plurima minoris momenti, ex. gr. confundisse, loc. confudisse; *proprior, loc.* propior *etc., quæ ut excuset lector oro rogoque. In pag. 25, inter char. Familiæ et genus Marrubium, inserenda:*

Trib. I. Nepetineæ. *"Stamina sub galea distincta, approximata et adscendentia."*

Lundæ die xiv *Jun.* mdcccxxxvi.

Conspectus Generum secundum Systema Sexuale Linnæi.

Monandria.

Monogynia.

234 Salicornia, 252 Hippuris, 280 Zostera.

Diandria.

Monogynia.

70 Lycopus, 76 Veronica, 93 Utricularia, 94 Pinguicula, 181 Circæa, 254 Lemna.

Digynia.

295 Anthoxanthum.

Triandria.

Monogynia.

* *Flores corollini:*

37 Valeriana, 38 Fedia, 259 Iris.

** *Flores glumacei.*

281 Eriophorum, 282 Scirpus, 283 Schœnus, 311 Nardus.

Digynia.

Omnes huc pertinentes sunt Gramina, quorum subordines atque genera quæras in Familia nostra LXVI. pag. 135.

Trigynia.

190. Montia.

Tetrandria.

Monogynia.

34. Scabiosa, 39 Sherardia, 40 Galium, 89 Centunculus, 98 Plantago, 100 Cornus, 217 Alchemilla.

(Convallaria: vid. Hexandriam).

Di-Tetra-gynia.

46 Cuscuta, 167 Radiola, 179 Sagina, 189 Bulliarda, 278 Potamogeton, 279 Ruppia.

Pentandria.

Monogynia.

† *Flos monophyllus inferus:*

* Fructus: Nuces 4.

Huc n:o 47-55 seu nostra Familia VIII. p. 21.

** Fructus capsularis unilocularis placenta centrali.

87 Lysimachia, 88 Anagallis, 90 Glaux, 91 Primula, 92 Hottonia.

*** Fructus capsularis unilocularis placentis valvularum marginibus affixis.

83 Erythræa, 84 Gentiana, 85 Menyanthes.

**** Fructus capsularis bilocularis.

45 Convolvulus, 72 Hyoscyamus, 73 Verbascum.

***** Fructus baccatus.

71 Solanum.

†† *Flos monophyllus superus:*

41 Lonicera, 42 Campanula, 43 Jasione, 44 Lobelia.

††† *Flos 4-5-phyllus.*

102 Hedera, 156 Impatiens, 157 Viola, 184 Rhamnus, 185 Ribes.

Digynia.

(*Gentiana, Cuscuta* · vid. supra et Tetrandriam)

† *Flores incompleti:*

231 Chenopodium, 232 Schoberia, 233 Salsola, 241 Ulmus.

†† *Flores pentapetali.*

* Huc pertinet Familia tota XIX *Umbelliferæ* p. 45, cujus genera præeunte Linnæo disponuntur:

† *Umbella simplex.*

118 Eryngium, 119 Hydrocotyle.

†† *Umbella duplex.*

* Involucrum et involucellum.

105 Conium, 106 Torilis, 107 Heracleum, 108 Selinum, 109 Angelica, 110 Ligusticum, 114 Sium.

** Involucrum nullum, sed involucellum adest.

104 Chærophyllum, 111 Aethusa, 112 Phellandrium, 113 Cicuta.

*** Involucrum et involucella subnulla.

115 Pimpinella, 116 Carum, 117 Aegopodium.

Trigynia.

35 Viburnum, 36 Sambucus.

Tetragynia.

158 Drosera, 159 Parnassia.

Pentagynia.

96 Armeria, 97 Statice, 166 Linum.

Polygynia.

152. Myosurus.

Hexandria.

Monogynia.

† *Flores incompleti:*

* Perianthium corollinum hexaphyllum.

261 Allium, 262 Ornithogalum.

** Perianthium glumaceum.

272 Juncus, 273 Luzula.

*** Spadix.

274 Calla, 276 Acorus.

**** Perianthium corollinum monophyllum.

263 Asparagus, 264 Convallaria.

†† *Flores completi;*

120 Berberis, 183 Peplis.

Trigynia.

228 Rumex.

Hexagynia.

267 Scheuchzeria, 271 Triglochin.

Polygnia.

269 Alisma.

Heptandria.

Monogynia.

86 Trientalis.

Octandria.

Monogynia.

180 Epilobium, 219 Vaccinium, 221 Erica.

Digynia.

187 Chrysosplenium.

Trigynia.

229 Polygonum.

Tetra-Penta-gynia.

103 Adoxa, 191 Elatine, 265 Paris.

Enneandria.

Hexagynia.

270 Butomus.

Decandria.

Monogynia.

220 Arbutus, 222 Andromeda, 223 Ledum, 224 Pyrola.

Digynia.

172 Dianthus, 186 Saxifraga, 218 Scleranthus.

Trigynia.

170 Cucubalus, 171 Silene, 173 Stellaria, 175 Arenaria, 176 Halianthus, 177 Alsine.

Pentagynia.

166 Oxalis, 168 Agrostemma, 169 Lychnis, 174 Cerastium, 178 Spergula, 188 Sedum.

Dodecandria.

182 Lythrum, 216 Agrimonia. *(Euphorbia:* vid. Monoeciam).

Icosandria.

Mono-Penta-gynia.

204 Prunus, 205 Cratægus, 206 Cotoneaster, 207 Sorbus, 208 Pyrus.

Polygynia.

209 Rosa, 210 Rubus, 211 Fragaria, 212 Potentilla, 213 Comarum, 214 Geum, 215 Spiræa.

Polyandria.

Monogynia.

144 Papaver, 145 Chelidonium, 146 Nymphæa, 147 Actæa, 161 Tilia.

Pentagynia.

155 Aquilegia.

Polygynia.

148 Thalictrum, 149 Pulsatilla, 150 Anemone, 151 Ranunculus, 153 Caltha, 154 Trollius.

Didynamia.

Gymnospermia.

Omnes, quæ huc pertinent, quæras in Familia IX *Labiatarum*, pag. 24.

Angiospermia.

† *Corolla personata.*

75 Antirrhinum, 78 Melampyrum, 79 Euphrasia, 80 Rhinanthus, 81 Pedicularis, 82 Lathræa.

†† *Corolla patens.*

74 Scrophularia, 95 Limosella.

Tetradynamia.

Genera eorumque subordines quæras in Familia XXI *Cruciferarum*, omnes huc pertinentes plantas amplectente.

Monadelphia.

162 Malva, 163 Erodium, 164 Geranium.

Diadelphia.

Hexandria.

142 Fumaria, 143 Corydalis.

Octandria.

77 Polygala.

Decandria.

Omnes hujus ordinis continet Familia XXVII *Leguminosæ* pag. 82.

Polyadelphia.

160 Hypericum.

Syngenesia.

Polygamia æqualis.

† *Flosculi omnes lingulati.*

Omnes pertinent ad Familiæ 1:mæ *Synantherearum* Trib. IV Cichoriac. p. 8. n. 20-29, quas conferas.

†† *Flosculi tubulosi.*

* intra involucrum ventricosum spinescens.

30 Carlina, 31 Arctium, 32 Carduus.

** intra involucrum ovatum aut cylindricum nec spinescens.

1 Bidens, 18 Eupatorium.

Polygamia superflua.

† *Flosculi tubulosi.*

7 Tanacetum, 8 Artemisia, 9 Gnaphalium.

†† *Flosculi marginales lingulati.* — Radiatæ.
2 Chrysanthemum, 3 Matricaria, 4 Pyrethrum, 5 Anthemis, 6 Achillea, 11 Senecio, 12 Cineraria, 13 Arnica, 14 Inula, 15 Aster, 16 Solidago, 17 Erigeron.

Polygamia frustranea.

33 Centaurea.

Polygamia necessaria.

10 Filago.

Gynandria.

Hujus classis genera in Fam. LV *Orchidearum* p. 16.

Monœcia.

Monandria.

226 Euphorbia, 251 Callitriche.

Triandria.

275 Typha, 277 Sparganium, 284 Carex.

Tetrandria.

99 Litorella, 235 Urtica.

Palyandria.

† *Herbæ.*
250 Myriophyllum, 253 Ceratophyllum, 268 Sagittaria.

†† *Arbores.*
238 Quercus, 239 Fagus, 240 Corylus, 242 Betula, 243 Alnus, 247 Pinus, 248 Abies.

Diœcia.

Di-Tri-andria.

225 Empetrum, 245 Salix.

Tetra-Pent-andria.

236 Humulus, 246 Myrica.

Oct-Enne-andria.

227 Mercurialis, 260 Hydrocharis.

Monadelphia.

249 Juniperus.

Polygamia

Monoecia.

230 Atriplex.

Dioecia.

101 Acer, 237 Fraxinus.

PLANTÆ COTYLEDONEÆ
FLORÆ GOTHOBURGENSIS.

Dicotyledoneæ sev Exogeneæ.

SERIES I. COROLLIFLORÆ.

Perianthium duplex discretum, interius corollinum gamopetalum (= monopetalum), a toro oriundum. Stamina uniserialia, definita, 5 l. infra (rarissime 7), cum corolla coalita et inserta. Stylus simplex vel raro plures conjuncti. — *Fries Topograph. Scan. p. 1.*

CLASSIS I. SEMINIFLORÆ.

Stamina inserta corollæ epigynæ. Fructus calyce apice coarctato tectus et inclusus. Inflorescentia aggregata. Antheræ 2-loculares, rima longitudinali. — *Fr. l. c.*

FAM. I. SYNANTHEREÆ Rich.—*Compositæ Adans.*

Flores capitati, receptaculo communi inserti, calyce communi s. involucro cincti. Calyx ovario adnatus, limbo nunc obsoleto, nunc coroniformi, nunc papposo. Corolla staminigera 5-nervis et 5-dentata, rarissime infra, laciniis æstivatione valvata. Antheræ 5, lineares, in cylindrum circa sty-

lum cohærentes. Pollen subechinulatum. Stylus 1, apice subbifidus. Fructus (achænium) unilocularis, monospermus; ovulum erectum, sed funiculo intermedio parieti fructus supra basin adfixum. Albumen o. *Nostræ herbæ* (exoticæ etiam arbores), *foliis exstipulatis. Metamorphoseos gradus 5. — Fr. l. c.*

Trib. I. Senecionideæ. *Stylus æqualis, bifidus ramis linearibus apice tantum penicillatis. Stigmatis series maxime prominulæ apicem styli pertingunt distincta. Capitula heterogama, floribus ♀ aut neutris in ambitu, sæpe radiant. — Fr. l. c. p. 2.*

† *Heliantheæ.* Pappus: aristæ.

1. Bidens *L.* Involucrum simplex subcoloratum foliolis stipatum. Receptaculum paleaceum, planum. Pappus: aristæ 2-6, retrorsum hispidæ.

1. B. *cernua L.* (Wahlb. Goth. n. 522) capitulis cernuis globosis, foliis lanceolatis serratis glabris.

Hab. in scaturiginibus ex. gr. inter Gothoburgum et Lerje, ad ripas fluvii Göthaelf etc. frequenter. — Aug. Sept. ⊙. — Floribus radiatis variat, quæ est *Coreopsis Bidens Linn. Svec.*

2. B. *tripartita L.* (W. Goth. n. 521) capitulis erectis, foliis tripartitis glabris, foliolis lanceolatis dentatis. Hab. cum priori, qua fere frequentior. — Aug. Sept. ⊙.

Variat interdum, locis præsertim arenosis, pumila, foliis lanceolatis integerrimis, ovatis etc. v. c. ad lacum Stensjön (Wahlb. l. c.) et prope ripam fluvii Göthaelf.

†† *Chrysanthemeæ.* Pappus nullus aut coronula, capitula radiata.

2. Chrysanthemum *L.* Involucrum hæmisphæricum squamis margine scariosis. Receptaculum planum nudum. Pappus nullus.

3. C. *segetum L.* (W. Goth. 542) foliis amplexicaulibus inciso-dentatis glaucescentibus.

Hab. in agris passim frequenter. Jul. Aug. ⊙ — Radius luteus.

4. C. *Leucanthemum L.* (W. Goth. n. 543) foliis amplexicaulibus, crenatis, inferioribus spathulatis.

Hab. in pratis collibusque frequenter. — Jun. Aug. ♃. — Radius lacteus.

3. Matricaria *L.* Involucrum hæmisphæricum imbricatum squamis margine scariosis. Receptaculum conicum nudum. Pappus nullus.

5. M. *Chamomilla L.* (W. Goth. 546.)

Hab. ad fimeta, agrorum margines pagosque passim. — Jun. — Sept. ☉.

4. Pyrethrum *Smith.* Involucrum hæmisphæricum, imbricatum squamis margine scariosis. Receptaculum planum nudum. Pappus: coronula.

6. P. *inodorum Smith.* (W. Goth. n. 544) coronula seminum integerrima, foliis bipinnatis, foliolis filiformibus.

Matricaria inodora Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. ad pagos, fimeta etc. frequenter. — Jul. — Sept. ☉.

7. P. *maritimum Smith.* (W. Goth. n. 545) coronula seminum lobata, foliis bipinnatis, foliolis subcompressis carnosis.

Matricaria inodora β. Linn. et Wahlenb.

Hab. ad litus marinum insularum extra Gothoburgum in fucis Zosteraque e mare ejectis putrescentibus frequenter, ut in Billingen (Linn. It. Vestrog. p. 148). — Jul. — Sept. ☉.

Vix a priori distinguitur nisi charactere dato. Crassities succositasque herbæ ut etiam folia magis quam in præcedente compressa loco, cui innascitur, facile tribuenda.

8. P. *Parthenium Smith.* foliis pinnatis, pinnis obovatis dentatis.

Matricaria Parthenium Linn. et Wahlenb. Svec.

Hab. ad litus marinum et in insulis passim, ad pagos etc., et in ipsa urbe inter saxa pontis Lejonbryggan. (Ad Grundsund Bahusiæ, sed vix ullo loco Sveciæ legi, ubi indigenum dicerem). — Jun. — Sept. ♃.

5. Anthemis *L.* Involucrum hæmisphæricum imbricatum squamis margine scariosis. Receptaculum conicum paleaceum. Pappus nullus aut membranula.

9. A. *arvensis L.* (W. Goth. n. 548) seminibus membranula coronatis, foliis bipinnatis canescentibus.

Hab. in agris etc. passim. Jun. — Sept. ☉.

10. A. *Cotula L.* (W. Goth. n. 547) seminibus nudis, foliis bipinnatis glabris.

Hab. in agris et ad pagos ut ad Åkered (Wahlb. l. c.) et versus fines Hallandiæ in par. Askim. Jul. — Sept. ☉.

Obs. *Anthemis tinctoria L.* a Cel. Wahlberg in Flor. Gothob. recepta, in arce Bahusiensi copiosa, nec unquam a me saltim circa Gothob. observata, eo magis excludenda videtur, quod in tota Svecia occidentali, locum citatum si exceperis, minime occurrit. In Scania etiam desiderari videtur, et ad Cimbritshamn per multos annos frustra quæsivi.

6. Achillea *L.* Involucrum ovatum imbricatum. Receptaculum planum paleaceum. Pappus nullus.

11. A. ***Ptarmica L.*** (W. Goth. n. 550) foliis lineari-lanceolatis argute serratis.

Hab. ad rivulos marginesque agrorum humidos frequenter. Jul. — Sept. ♃.

12. A. ***Millefolium L.*** (W. Goth. n. 551) foliis bipinnatis multifidis.

Hab. in pratis etc. frequenter. Jun. — Sept. ♃.

In collibus locisque similibus siccis variat etiam in nostra regione foliis confertissimis, corymbo magis contracto etc., a qua varietate vix distinguitur alia ad Cimbritshamn Scaniæ et Ottenby Ölandiæ a me lecta tam ***A. setaceæ Reichenb. Flor. Germ. exsiccat.*** similis ut ovum ovo. Hæc saltim ad ***Achilleam nobilem Reichenb. l. c.*** referri non potest. Cfr ceterum ***Fr. Topogr. scan.,*** cujus ***A. nobilem*** non vidi.

††† *Artemiseæ.* Pappus nullus aut coronula, capitula flosculosa.

7. Tanacetum *L.* Involucrum hæmisphæricum imbricatum. Receptaculum nudum conicum. Pappus: coronula.

13. T. ***vulgare L.*** (W. Goth. n. 524) corymbo terminali, foliis bipinnatis serratis glabris.

Hab. ad agrorum margines, sæpes etc. ut ad Stora Enggården et in insula Styrsö (Wahlb. l. c.); in insula Hisingen prope Quillebäcken et inter templum Askim et Hylte. — Aug. Sept. ♃.

8. Artemisia *L.* Involucrum ovatum aut subglobosum imbricatum. Receptaculum nudum aut pilosum. Pappus nullus.

14. A. ***Absinthium L.*** (W. Goth. n. 526) capitulis nutantibus, foliis incanis multipartitis, laciniis lanceolatis.

Hab. ad pagos passim in par. Askim et in insulis. — Aug. Sept. ♃.

15. A. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 527) capitulis erectis, foliis caulinis pinnatifidis supra viridibus subtus tomentosis.

β coarctata Afz. Wahlb. l. c.

Hab. ad pagos etc. frequenter. *β* in insulis. — Jul. — Sept. ♃.

16. A. *maritima L.* (W. Goth. n. 525) capitulis oblongis, foliis tomentosis pinnatis filiformibus.

Hab. in insula Vinga (Wahlb. l. c.) Aug. Sept. ♃.

17. A. *campestris L.* capitulis ovatis, foliis glabris pinnatis filiformibus.

Hab. rarior in nostra regione planta et vix nisi ad diversorium Kärra parce lecta, quo e Hallandia media — ubi copiosa — migrasse videtur. — Jul. Aug. ♃.

†††† *Gnaphalieæ.* Pappus pilosus, capitula flosculosa.

9. Gnaphalium *L.* Involucrum imbricatum squamis margine scariosis coloratis. Receptaculum nudum. Pappus pilosus.

18. G. *dioicum L.* (W. Goth. n. 528) corymbo coarctato, foliis subtus tomentosis, caulinis linearibus, radicalibus spathulatis.

Hab. in montosis frequenter. — Maj. Jun. ♃.

19. G. *silvaticum L.* (W. Goth. n. 529) capitulis axillaribus subspicatis, foliis tomentosis lineari-lanceolatis.

Hab. in silvaticis passim. Jul. Aug. ☽.

20. G. *uliginosum L.* (W. Goth. n. 530) capitulis axillaribus glomeratis, foliis linearibus lanceolatisve.

Hab. in arvis humidis locisque inundatis passim. — Jul. Aug. ⊙.

10. Filago *L.* Involucrum exterius 5-phyllum. Receptaculum nudum vel paleaceum. Pappus disci pilosus, radii fere nullus.

21. F. *minima Fr.* involucri squamis apice glabris, foliis tomentosis lanceolatis cauli adpressis.

Gnaphalium minimum Smith. Wahlb. Goth. n. 531.
Filago arvensis Wahlenb. Svec.

Hab. locis siccissimis arenosis ut ad pagum Mölndal (Wahlb. l. c.) et ad Sageröd etc. (In multis ceterum insulis Bahusiæ, ubi, ut ad Gothoburgum, *F. montana* omnino desideratur).

Caulis inferne plerumque simplex, superne dichotomus, interdum vero usque a basi ramosissimus et quoad omnes partes robustior, ut in F. *montanam* eam transire facile crederes.

††††† *Senecioneæ.* Pappus pilosus, capitula radiata.

11. Senecio *L.* Involucrum ovatum squamis apice sphacelatis, basi calyculatum. Receptaculum nudum. Pappus pilosus.

22. S. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 534) capitulis cernuis radio obsoleto, foliis pinnatifidis amplexicaulibus.

Hab. ubique frequentissime. — Maj. — Novembr. ⊙.

23. S. *silvaticus L.* (W. Goth. n. 535) radio revoluto, foliis pinnatifidis petiolatis pilosiusculis.

Hab. ad pagos passim sæpe cum præcedente, sed multo rarior. — Jun. Jul. — ⊙.

24. S. *viscosus L.* (W. Goth. n. 536) radio revoluto, foliis pinnatifidis viscoso-pubescentibus.

Hab. in ruderatis multis locis circa Gothoburgum, ubi, ut videtur, optima ejus in Svecia patria; sic inter urbem et Surbrun (Linn. It. Vestrog. p. 142). Jun. Aug. ⊙.

25. S. *Jacobæa L.* fructibus hispidis, radio patente, foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis glabris, laciniis lanceolatis dentatis.

Hab. ad viam, quæ ducitur inter templum Frölunda et Ganled. (In insulis Bahusiensibus v. c. in Klädsholmen Orost, Tjörn, Skaftö etc. frequentissime). — Jul. Aug. ♃.

26. S. *aquaticus Smith.* (W. Goth. n. 537) fructibus glabris, foliis radicalibus obovatis integris, superioribus lyratis.

Senecio, quæ Jacobæa vulgaris — Linn. It. Vestrog. pag. 160. — Jacobæa. Bromel. Chlor. Goth. p. 50.

Hab. ad ripas fluvii Götha elf amniumque Lilla et Stora Säveån. Ceterum ad fossas viarum cum versus Agnesberg tum Kärra. — Aug. Sept. ♃.

12. Cineraria *L.* Involucrum simplex æquale. Receptaculum nudum. Pappus pilosus.

27. C. *palustris L.* viscoso-pubescens, capitulis paniculatis, foliis amplexicaulibus lanceolatis sinuato-dentatis.

Othonna palustris Linn. Svec.

Hab. in palude limosa inter Fässberg et Frölunda haud parce: amicus *Carlsson.* — Jun. Jul. ⊙.

13. Arnica *L.* Involucrum duplice serie polyphyllum, æquale. Receptaculum nudum hirtum. Pappus pilosus.

28. A. *montana L.* (W. Goth. n. 540) foliis venosis integris, caulinis oppositis, radicalibus ovatis.

Hab. in pascuis silvaticis v. c. in insula Hisingen prope Ramberget etc. passim. — Jun. Jul. ♃.

Trib. II. Asteraceæ. *Stylus superne cylindricus, bifidus, ramis superne extus æqualiter puberulis. Stigmatis series vix prominentes ad limites pubis in facie externa desinunt. — Capitula radiata. — Fr. l. c.*

14. Inula *L.* Involucrum imbricatum, squamis exterior. patulis. Receptaculum nudum. Antheræ basi bisetosæ. Pappus pilosus.

29. J. *salicina L.* foliis semiamplexicaulibus lanceolatis glabris margine scabris.

Hab. in pratis nemorosis passim v. c. ad Lexby *(Prof. Wahlberg)* et in insulis Hönö et Öckerö minime infrequens. Jul Aug. ♃.

15. Aster *L.* Involucrum imbricatum, squamis exterior. patulis. Radius cæruleus. Receptaculum nudum. Antheræ sine setis. Pappus pilosus.

30. A. *Tripolium L.* (W. Goth. 538) capitulis fastigiatis, foliis lineari-lanceolatis.

Hab. in litore marino saxoso omnium insularum extra Gothoburgum frequenter. Jul. Aug. ♃.

16. Solidago *L.* Involucrum imbricatum squamis adpressis, ovatum. Radius ligulis 5. Receptaculum nudum. Pappus pilosus.

31. S. *Virgaurea L.* (W. Goth. n. 539) racemo paniculato, foliis superioribus lanceolatis, inferioribus ellipticis.

Hab. in montosis ubique. — Jul. — Sept. ♃.

17. Erigeron *L.* Involucrum imbricatum ovatum. Radius ligulis tenuissimis discoloribus. Pappus pilosus.

32. E. *acris L.* (W. Goth. n. 532) capitulis racemosis, foliis superioribus lanceolatis, inferioribus spathulatis pilosis.

Hab. in campis et pascuis siccis passim. — Jul. Aug. ♃.

Trib III. Eupatoriaceæ. *Stylus præcedentis, ramis extus subpapillosis. Stigmatis series ante medios styli ramos desinunt. Capitula rarissime radiata. — Fr. l. c.*

18. Eupatorium *L.* Involucrum imbricatum squamis inæqualibus. Receptaculum nudum. Pappus pilosus.

33. E. *cannabinum L.* (W. Goth. n. 523) floribus cymosis, foliis oppositis tripartitis, foliolis lanceolatis serratis.

Hab. in insula Vinga etc. (Wahlb. l. c.) — Aug. Sept. ♃.

19. Tussilago *L.* Involucrum simplex squamis æqualibus. Receptaculum nudum. Pappus pilosus.

34. T. *Farfara L.* (W. Goth. n. 533) scapo unifloro squamoso, foliis cordatis dentatis pubescentibus.

Hab. locis argillaceis ad rivulos etc. passim. Mart. Apr. ♃.

35. T. *Petasites L.* thyrso oblongo-ovato, foliis cordato-oblongis subtus subtomentosis.

Hab. ad viam inter urbem et Östra Haga ut etiam ad Burgården. Apr. Maj. ♃.

Trib. IV. Cichoriaceæ. *Stylus superne cylindricus ramique æqualiter pubescentes. Stigmatis series præcedentis. Capitula homogama, corollis omnibus lingulatis. — Fr. l. c.*

† *Lactuceæ.* Pappus pilosus mollis.

20. Lactuca *L.* Involucrum basi squamatum cylindricum. Receptaculum nudum. Pappus stipitatus pilosus.

36. L. *muralis Don.* capitulis paniculatis, foliis lyratis glabris subtus glaucescentibus.

Prenanthes muralis Linn. Wahlb. Goth. n. 501. Wahlenb. Svec.

Hab. in umbrosis ad rupes Gunneboenses. (Wahlb. l. c.) — Jul. ♃.

21. Sonchus *L.* Involucrum imbricatum basi ventricosum. Receptaculum nudum. Pappus sessilis pilosus.

37. S. *arvensis L.* (W. Goth. n. 449) involucris pedunculisque glanduloso-hispidis, foliis basi cordato-amplexicaulibus runcinatis dentato-spinulosis.

Hab. in agris frequenter. Jun. — Aug. ♃.

38. S. *oleraceus L.* (W. Goth. n. 500) fructibus scabris, involucris glabris, pedunculis subtomentosis, foliis amplexicaulibus oblongis lyrato-runcinatis mucronato-dentatis.

Hab. in cultis frequenter. — Jun. Aug. ⊙.

39. S. *asper Hall.* fructibus lævibus involucris pedunculisque glabris, foliis ovato-oblongis integris pinnatifidisve spinuloso-dentatis.

Hab. cum priori eodem loco eodemque tempore. ⊙.

22. Crepis *L.* Involucrum polyphyllum basi squamis patulis calyculatum. Receptaculum nudum. Pappus sessilis pilosus.

40. C. *tectorum L.* (W. Goth. n. 502) involucris pubescentibus, foliis sinuato-dentatis pinnatifidisve lineari-lanceolatis.

Hab. in tectis agris etc. non infrequens. Jun. Jul. ⊙.

Quoad foliorum formam ita variat, ut in agris legatur foliis caulinis linearibus integerrimis, radicalibus ovatis etc. — Stylis semper fuscis facile distinguitur. — *C. agrestis Kit. Fr. Top. Scan.*, ni valde fallor in Kinnekulle a me lecta, hic desideratur.

†† *Hieracieæ.* Pappus pilosus rigidus fragilis.

23. Leontodon *L.* Involucrum squamis erectis, basi brevioribus reflexis calyculatum. Receptaculum nudum. Pappus stipitatus pilosus.

41. L. *Taraxacum L.* (W. Goth. n. 4. 498) scapo fistuloso, foliis runcinatis dentatisve.

Hab. ubique. — Maj. — Sept. ⊙.

24. Hieracium *L.* Involucrum imbricatum. Receptaculum nudum. Pappus sessilis pilosus.

42. H. *Pilosella L.* (W. Goth. n. 506) scapo unifloro, foliis ovatis integerrimis hirtis supra viridibus subtus albo-tomentosis.

Hab. in pascuis sterilibus etc. frequenter. Maj. Jul. ♃.

43. H. *Auricula L.* (W. Goth. n. 507) scapo paucifloro, foliis oblongis subintegerrimis glabris basi ciliatis.

Hab. cum priori. — Maj. Jun. ♃.

44. H. *murorum L.* (W. Goth. n. 509) capitulis corymbosis, folio caulino solitario petiolato, radicalibus petiolatis ovatis basi subcordatis. — *Fr. Nov. Flor. Svec. n. 252.*

H. pellucidum Wahlenb. Svec.

Hab. in dumetis et lucis (Wahlb. l. c.). Mihi ad Gothob. non obvium. — Jun. Jul. ♃.

45. H. *vulgatum Fr.* capitulis paniculatis, foliis caulinis radicalibusque oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis. *Fr. l. c. n. 253.*

H. murorum β Wahlb. Goth.

H. murorum Wahlenb. Svec.

H. maculatum Smith. — Hartm. Skand.

Hab. in lucis, montosis etc. frequentissime, sub innumeris formis. — Jun. Jul. ♃.

Obs. Ad hoc forsitan pertinet — *cfr. Fr. Topogr. Scan. — H. rigidum Hartm. et Wahlb. Goth.* mihi in nostra saltim regione non tam cognitum et examinatum, ut plantam seorsim proponere possim. — *H. boreale Fr.*, in Hallandia septentrionali obvium, intra fines nostræ Florulæ olim forsitan inveniendum.

46. H. *umbellatum L.* (W. Goth. n. 511) capitulis umbellatis, involucris glabris, caule polyphyllo, foliis sessilibus lanceolatis integerrimis denticulatisve.

Hab. in montosis ubique frequens. — Aug. Sept. ♃.

47. H. *paludosum L.* (W. Goth. n. 508) capitulis paniculatis, involucris hispidis, caule foliisque caulinis amplexicaulibus radicalibusque petiolatis oblongis runcinato-dentatis glabris.

Hab. ad rivulos, locis umbrosis humidis, ut ad Lagklarebäck et in Slottsskogen. — Jun. ♃.

††† *Scorzonereæ.* Pappus plumosus.

25. Tragopogon *L.* Involucrum polyphyllum, squamis basi coalitis. Receptaculum nudum. Pappus plumosus stipitatus.

48. T. *pratensis L.* (W. Goth. n. 496) involucris flosculos subæquantibus, foliis linearibus canaliculatis subundulatis.

Hab. in pratis, rarior. Jun. ⊙.

26. Scorzonera *L.* Involucrum polyphyllum, squamis latis scariosis, basi imbricatum. Receptaculum nudum. Pappus plumosus sessilis.

49. S. *humilis L.* (W. Goth. n. 497) squamis involucri cauleque subunifloro superne lanosis, foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis integris.

Hab. in pascuis sterilibus frequenter — Maj. Jun. ♃.

Variat pedalis et digitalis. *S. plantaginea Reichenb. Flor. Germ. exsiccat. et excurs.*, si quid video, nullo modo ut propria species distinguitur. Specimina Gothoburgica cum Reichenbachii omnino congruunt.

27. Apargia *Scop.* Involucrum imbricatum. Receptaculum subnudum. Pappus plumosus subsessilis.

50. A. *hispida Hoffm.* (W. Goth. n. 504) hispida, pedunculis exsquamosis, scapo simplici, foliis lyrato-runcinatis.

Hab. in pratis collibusque versus Lerum (Wahlb. l. c.) Jun. Jul. ♃.

51. A. *autumnalis Hoffm.* (W. Goth. n. 505) glabriuscula, pedunculis squamosis, scapo ramoso, foliis divisis et indivisis.

Leontodon, ut præcedens, Linnæo.

β salina. scapo unifloro, foliis indivisis.

Hab. in pratis etc. ubique frequenter. *β* in insula Vinga *(Prof. Wahlberg).* — Jul. — Sept. ♃.

Folia maxime variant, lineari-lanceolata integerrima, pinnatifida, pinnis unciam longis lineamque latis et sic in ceteris.

28. Hypochæris *L.* Involucrum imbricatum. Receptaculum paleaceum. Pappus plumosus stipitatus.

52. H. *maculata L.* (W. Goth. n. 503) hirta, caule subsimplici subunifloro, paucifolio, foliis (radicalibus) oblongo-ovatis maculatis.

Hab. in pratis passim non infrequens. Jun. Jul. ♃.

53. H. *radicata L.* pedunculis squamosis, caule ramoso glabro, foliis runcinatis hirsutis.

Hab. in collibus apricis ex. gr. in insula Styrsö et ad Lerje prope Sandhålan *(Prof. Wahlberg);* ad Quillebäcken insulæ Hisingen. Ceterum in insula Tjörn et Hallandiæ ad Släp, extra fines nostros, multis locis. — Jun. Jul. ♃.

†† *Cichoreæ.* Pappus nullus.

29. Lapsana *L.* Involucrum polyphyllum simplex, basi squamulis stipatum. Receptaculum nudum. Pappus nullus.

54. L. *communis L.* (W. Goth. n. 512) capitulis paniculatis, foliis superioribus ovatis lanceolatisve, inferioribus lyratis, lobo extimo maximo.

Hab. in ruderatis, ad pagos etc. frequenter. Jun. — Aug. ⊙.

Trib. V. Cynareæ. *Stylus superne nodoso-incrassatus, ibidemqne pilis longioribus coronatus. Stigmatis series ad apicem ramorum styli attingentes et confluentes. Corollæ haud lingulatæ. Fr. l. c. p. 2.*

† *Carduinæ.* Involucrum spinescens, flosculi tubulosi fertiles.

30. Carlina *L.* Involucrum imbricatum ventricosum: squamæ exteriores pinnato-spinosæ, interiores scariosæ colloratæ radiantes. Receptaculum paleaceo-setosum. Pappus plumosus.

55. C. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 520) caule sublanato polyphyllo, foliis lanceolatis sinuato-dentatis subtus sublanatis.

Hab. in collibus soli expositis non raro. Aug. Sept. ⊙.

31. Arctium *L.* Involucrum imbricatum subglobosum: squamæ hamatæ. Receptaculum paleaceum. Pappus setosus brevis.

56. A. *Bardana Willd* (W. Goth. n. 514) capitulis corymbosis, involucris ovatis arachnoideo-tomentosis, squamis inferis basi distinctis margine serrulatis, foliis cordatis subintegris subtus tomentosis.

A. Lappa β Bardana Wahlenb. Svec.

Hab. ad pagos, in ruderatis etc. frequenter. Jul. — Sept. ⊙.

57. A. *majus Schkur.* capitulis paniculatis, involucris glabris, squamis inferis margine paleaceis, foliis cordatis utrinque glabris.

*A. Lappa * major Wahlenb. Svec.*

Hab. cum priori et sequente in par. Askim multis locis. — Jul. — Sept. ⊙

58. A. *Lappa L.* (W. Goth. n. 513) capitulis glomerato-racemosis, involucri glabri squamis infimis distinctis, superis margine serrulatis subulatis, foliis ovato-oblongis subtus pubescentibus.

Hæ species — an ita sint appellandæ diu dubitavi et adhuc dubitare licet — a tironibus non facile distinguuntur. De his ceterum *Friesii Nov. Flor. Svec.* conferantur, quibus æque ac nos diligenter utatur lector enixe rogamus.

32. Carduus *L.* Involucrum imbricatum ventricosum: squamæ spinulosæ. Receptaculum setosum. Pappus pilosus aut plumosus.

* pappo piloso caduco. — *Carduus Gærtn. Hartm. Skand.*

59. C. *tenuiflorus Smith.* capitulis aggregatis, involucris subcylindricis, foliis sinuatis decurrentibus spinosis supra pubescentibus subtus tomentosis. — *Smith. Brit. 2. p. 849. — Reichenb. Flor. excursor. n. 1874. — Iconograph. Bot. cent. 8 ic. 965.*

Hab. in ruderatis circa Gothoburgum paucis locis; licet rarior recipiendus, ut quærant alii in occidentalibus nostris provinciis plantam in Anglia minime raram. — Aug. ⊙. — Descriptionem Smithii potius addamus, quam e specimine manco mancam componamus.

"Radix ramosa. Caulis erectus, strictus, tri-vel sexpedalis, ramosus, angulatus, foliis interrupte decurrentibus undique alatus; rami patentes. Folia pinnatifida, saturate viridia, scabra, lobis sinuatis, dentatis, spinosis. Flores terminales, aggregati, plerumque sessiles, saturate purpurei, sæpe albi. Calyx ovatus, vel fere globosus, squamis lanceolatis, adpressis, brevissime mucronato-spinosis, parum lanatis. Semina levissima, exstriata. Pappus deciduus, (plumosus)." *Smith. l. c.*

60. C. *crispus L.* (W. Goth. n. 517) capitulis aggregatis, squamis involucri mucronatis patulis, foliis decurrentibus spinosis, superioribus ovatis sinuatis, inferioribus pinnatifidis.

Hab. ad vias, agros etc. passim. Jul. Aug. ♃.

** pappo plumoso. — *Cirsium Tourn. — Hartm. Skand.*

61. C. *lanceolatus L.* (W. Goth. n. 519) involucri arachnoideo-pubescentis squamis lanceolatis patentibus, foliis decurrentibus pinnatifidis supra strigoso-hispidis subtus canis, laciniis lanceolatis spinosis.

Hab. ad vias etc. frequenter. Jul. — Sept. ♃.

62. C. *palusris L.* (W. Goth. n. 518) capitulis glomeratis, involucri squamis ovato-lanceolatis mucronatis adpressis, foliis decurrentibus lanceolatis dentatis pinnatifidisve margine spinulosis subtus hirsutis.

Hab. in lucis, locis præcipue humidis, ex. gr. inter templum Askim finesque Hallandiæ. Ceterum in insulis ex. gr. Buskär copiose. — Jul. ♃.

63. C. *arvensis Curt.* capitulis paniculatis, involucri squamis mucronatis adpressis, foliis sessilibus (nec decurrentibus) dentatis pinnatifidisve glabriusculis spinosis.

Serratula arvensis L. W. Goth. n. 516. — Wahlenb. Svec.

Hab. in agris frequenter. — Jul. Aug. ♃.

64. C. *heterophyllus L.* capitulis solitariis, foliis basi cordatis lanceolatis mucronato-spinulosis subtus niveis integris, inferioribus laciniatis.

Hab. ad rivulos prope Lilla Torp par. Örgryte et ad Lexby par. Partele *(Prof. Wahlberg).* — Jun. Jul. ♃.

Obs. *Carduus acaulis L.* in insulis Tjörn et Skaftö Bahusiæ a me copiose observatus intra fines Florulæ nostræ adhuc non lectus.

†† *Centaureeæ.* Involucrum haud spinescens, flosculi radii nevtri.

33. Centaurea *L.* Involucrum ventricosum. Flosculi disci hermaphroditi tubulosi, radii majores nevtri. Receptaculum setosum. Pappus setaceus.

65. C. *Cyanus L.* (W. Goth. n. 552) involucri squamis lanceolatis ciliatis, foliis superioribus linearibus integris, inferioribus basi pinnatifidis.

Hab. inter segetes, ut solet, frequentissime. Jun. Jul. ⊙. Flores azurei.

66. C. *Jacea L.* (W. Goth. n. 553) involucri squamis ovatis scariosis laceris, foliis superioribus linearibus, inferioribus dentatis pinnatifidisve.

Hab. in pratis non infrequens. — Jun. — Aug. ♃. — Flores, ut sequentis, violaceo-rubri.

67. C. *Scabiosa L.* (W. Goth. n. 554) involucri globosi squamis ovatis nigro-ciliatis, foliis pinnatifidis laciniis incisis.

Hab. "ad viam inter Kållered et diversorium Kärra:" (Wahlb. l. c.) In insulis Grötö, Öckerö et Hönö frequentissime. — Jun. Jul. ♃. —

FAM. II. DIPSACEÆ Juss.

Inflorescentia ut in Synanthereis, flore singulo involucello calyciformi (calyce exteriori L.) cincto. Calyx proprius (interior L.) ovario adnatus, idemque coronans, limbo plerumque setiformi. Corolla fauci calycis inserta, subbilabiata (evidenter in *Morina*, staminibus definite didynamis), 5-fida, l. lobis 2 superioribus connatis 4-fida, æstivatione imbricata. Antheræ 4, liberæ, terminales introrsum dehiscentes. Pollen læve. Stylus simplex. Fructus unilocularis, monospermus, indehiscens, semine pendulo. Albumen carnosum. *Herbæ* (exoticæ simul frutices) *caulibus nodoso-articulatis, foliis oppositis exstipulatis.* — *Fr. l. c. p. 15.*

34. Scabiosa *L.* Involucrum polyphyllum, imbricatum. Receptaculum hirsutum aut paleaceum.

68. S. *arvensis L.* (W. Goth. n. 97) hispida, foliis caulinis pinnatifidis, radicalibus indivisis.

Hab. in pratis copiose. — Jun. Jul. ♃.

69. S. *Succisa L.* (W. Goth. n. 96) pilosiuscula, foliis caulinis lanceolatis integerrimis, radicalibus ovatis.

Succisa pratensis Mönch. Hartm. Skand.
Asterocephalus Succisa Fr. Top. Scan.
Hab. in pratis cum priori. — Jul. ♃.

FAM. III. VALERIANEÆ Dec.

Plurima ut in Dipsaceis, sed inflorescentia cymoso-corymbosa, absque involucro, stamina typice 5, sed variant 3 et infra, stigmata 3, fructus subtrilocularis, loculis 2 sæpe vacuis, albumen nullum aut subcorneum. *Frutices l. herbæ nodoso-articulatæ, medulla spongiosa ampla, exstipulatæ, foliis oppositis, sæpius lobatis pinnatisque.* — *Fr. l. c. p. 17.*

35. Viburnum *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla 5-fida, campanulata. Bacca monosperma.

70. V. *Opulus L.* (W. Goth. n. 208) corollis marginalibus majoribus sterilibus, pedunculis glanduloso-glabris, foliis trilobis.

Hab. in dumetis passim. — Jun. — Frutex.

36. Sambucus *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla 5-fida, rotata. Bacca 3-sperma.

71. S. *nigra L.* (W. Goth. n. 209) foliis pinnatis, pinnis ovatis serratis.

Hab. in prato Lerflatan ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.), inter Kärra et Gothob. passim, sed, ut videtur, semper culta. — Jun. — Frutex.

37. Valeriana *L.* Calycis limbus demum pappus. Corolla tubulosa 5-fida. Fructus monospermus (achænium) pappo plumoso coronatus.

72. V. *officinalis L.* (W. Goth. n. 24) foliis pinnatis, pinnis lanceolatis dentatis.

Hab. in lucis humidis umbrosis ex. gr. in Slottsskogen; ceterum in montosis passim frequenter ut etiam in insulis extra Gothoburgum fere ubique. Jun. Jul. ♃.

38. Fedia *Moench.* Calyx dentatus. Corolla tubulosa 5-fida. Capsula 3-locularis, loculis 2 vacuis, dentibus calycis persistentibus coronata.

73. F. *olitoria Vahl.* (W. Goth. n. 26) fructu subtridentato, floribus capitatis, caule dichotomo, foliis spathulatis.

Hab. in Rosenlund, et in ripa arenosa fluvii Göthaelf prope Rya insulæ Hisingen. Maj. — ⊙.

FAM. IV. RUBIACEÆ Juss.

Flores discreti (paucis exoticis capitati). Calyx ovariis inclusis adnatus, limbo regulari obsoletove. Corolla 5-3-fida, æstivatione contorta et valvata. Stamina lobis corollæ numero æqualia et alterna, libera, antheris incumbentibus. Ovaria 2, raro plura, sed ob calycem vestientem ut in reliquis schizocarpis calycis tubo inclusis germen un-

um videtur, tot loculis quot ovariis. Stylus 1, stigmatibus 2. Pericarpium varium, seminibus erectis sev placenta centralis. Albumen plerisque corneum, embryo inclusus radicula hilo seminis obversa. *Folia simplicia. — Fr. l. c. p. 18.*

39. Sherardia *L.* Calyx 4-dentatus. Corolla tubulosa, 4-fida. Fructus drupaceus, calycis limbo persistente coronatus.

74. S. *arvensis L.* (W. Goth. n. 104) floribus involucratis, foliis senis lanceolatis cuspidatis scabris.

Hab. in agris, rarior, ex. gr. ad templum Kållered et Lunnagården (Wahlb. l. c.), et in insula Öckerö. — Jun. — Aug. ⊙.

40. Galium *L.* Calyx 4-dentatus. Corolla rotata 4-fida. Fructus drupaceus nudus.

* *radice perenni.*

75. G. *boreale L.* (W. Goth. n. 106) fructibus hispidis, caule scabro paniculato erecto, foliis quaternis lanceolatis muticis glabris.

Hab. in pratis, marginibus agrorum etc. frequenter. — Jun. Jul.

76. G. *palustre L.* (W. Goth. n. 107) fructibus glabris, caule scabro flaccido, foliis quaternis senisve muticis lineari-oblongis.

Hab. ad rivulos et in locis humidis frequenter. Jun. Jul.

77. G. *uliginosum L.* (W. Goth. n. 108) fructibus scabris, foliis senis lineari-lanceolatis mucronatis.

Hab. in uliginosis frequenter. Jun. Jul.

78. G. *Mollugo β strictum Fr. Nov.* fructibus lævibus, caule glabro, foliis octonis lanceolatis mucronatis margine scabris.

G. Mollugo γ erectum Fr. W. Goth. n. 110.

Hab. in insulis Brusholmen, Styrsö, Domsö, Varö etc., (Wahlb. l. c.), ut etiam in Hallenskär et Hönö. — Jul.

Parum a forma primaria *G. Molluginis* differt, nisi floribus magis in colorem luteum vergentibus foliisque angustioribus. Caulis in hac varietate vix erectior quam in illa forma.

79. G. *verum L.* (W. Goth. n. 109) fructibus lævibus, panicula densa, caule pubescente tereti, foliis octonis linearibus mucronatis.

Hab. locis siccissimis ad vias agrorumque margines frequenter. — Jun. Jul.

** *radice annua.*

80. G. *Aparine L.* (W. Goth. n. 111) fructibus tuberculoso-hispidis, caule flaccido, foliis octonis lanceolatis mucronatis margine retrorsum aculeatis.

β infestum fructibus lævibus hispidis.

G. infestum W. Kit.

γ spurium fructibus glabris.

G. spurium Linn. Wahlenb. Sv.

Hab. *α* in dumetis et inter frutices hortorum frequentissime ut *β* in agris; *γ* in Slottsskogen parce lectum.

Non possum non ut varietates, cum Cel. Wimmero, una specie comprehendere, præcipue cum var. *β* optime ceteras conjungat; *α* dignoscitur etiam flore albo, *β* lutescente. — In Ölandia vidi *G. spurium* et *G. infestum* tam confluentes ut utrum illius au hujus multa essent specimina tute dijudicare non possem. *G. infestum* cum *G. spurio* conjungit Reichenbach, cum *G. Aparine* Cel. Fries, quod omnium certe ostendit transitum.

FAM. V. CAPRIFOLIACEÆ Juss.

Rubiaceis valde affines differunt stigmate simplici, fructu unico 3-4-loculari, seminibus pendulis, licet placenta centralis, albumine semper carnoso radicula supera, foliis (simplicibus) oppositis nunquam stipulatis verticillatisque. *Omnes frutic. Fr. l. c. p. 19.*

41. Lonicera *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla tubulosa infundibuliformis inæqualiter 5-fida. Bacca 2-3-locularis, loculis polyspermis.

81. L. *Xylosteum L.* (W. Goth. n. 159) baccis geminis connatis, pedunculis bifloris, foliis ovatis pubescentibus.

Hab. ad Gunnebo, sed, ut videtur, culta; in montibus circa Gammelstaden certe indigena *(Prof. Wahlberg).* — Maj. Jun. — Frutex.

82. L. *Periclymenum L.* (W. Goth. n. 160) baccis capitatis distinctis, foliis ovatis glabris.

Hab. in montosis ubique fere frequenter. — Jun. — Jul. — denuo Sept. — Frutex.

CLASSIS II. ANNULIFLORÆ.

Stamina inserta corollæ amphigynæ, (h. e. disco annulari insertæ, basi apertæ, annuli instar ovarium cingenti, nec subtus amplectenti) ejusque lobis alterna. Torus intra calycem, cui adnatus, in discum dilatatus! Fructus a calyce plurimis liber, paucis (*Campanulaceis* et exoticis *Gesneriaceis* plurimis) inferne adnatus, apice vero denudatus.— *Calyx semper herbaceus.*" — Fr. l. c. p. 20.

FAM. VI. CAMPANULACEÆ Juss.

Calyx plus minus adnatus (exoticis paucis fere liberatur). Discus tori manifestus epigynus aut perigynus. Corolla 5-fida, lobis per æstivationem valvatis, basi aperta et cum staminibus 5 calyci inserta. Filamenta vel antheræ nunc liberæ nunc cohærentes. Stylus 1, stigmate sæpe 3-fido. Fructus, ex ovariis 2-3 connatus, capsularis, subpolyspermus. Albumen carnosum, radicula centripeta. *Nostræ herbæ sublactescentes caule contiguo, foliis sparsis exstipulatis. Fr. l. c.*

42. Campanula *L.* Calyx 5-partitus. Corolla campanulata, 5-fida. Filamenta basi dilatata fundum tegentia. Capsula trilocularis.

83. C. *rotundifolia L.* (W. Goth. n. 152) foliis caulinis linearibus integris, radicalibus cordatis ovatisve dentatis.

Hab. in pratis frequenter. — Jul. Aug. ♃.

84. C. *persicifolia L.* (W. Goth. n. 153) foliis caulinis linearibus crenatis, radicalibus lineari-lanceolatis.

Hab. in nemoribus ex. gr. in Slottsskogen prope Lilla Enggården etc. non infrequens. — Jun. Jul. ♃.

85. C. *rapunculoides L.* (W. Goth. n. 154) floribus secundis cernuis, foliis superioribus sessilibus lanceolatis scabris, inferioribus cordato-ovatis petiolatis.

Hab. "in umbrosis ad latera rupium Gunnebοensium nec non ad Gammelstaden." (Wahlb. l. c.)

86. C. *Trachelium L.* (W. Goth. n. 155) floribus axillaribus, foliis ovato-cordatis hirtis, superioribus sessilibus, inferioribus petiolatis.

Hab. in lucis nemoribusque passim. Jun. Jul. ♃.

87. C. *latifolia L.* (W. Goth. n. 150) floribus axillaribus erectis, foliis ovato lanceolatis breviter petiolatis pubescentibus.

Hab. in umbrosis ad latera rupium Gunneboensium. (Wahlb. l. c.) — Jul. ♃.

43. Jasione *L.* Involucrum polyphyllum. Calyx 5-fidus. Corolla rotata laciniis linearibus. Antheræ coalitæ. Capsula 2-locularis.

88. J. *montana L.* (W. Goth. n. 159) caulibus suberectis, foliis undulato-crispis.

β litoralis Fr. (W. l. c.) caulibus prostratis, foliis subglabris planis.

Hab. locis siccissimis frequenter. *β* in maritimis. Jul. Aug. ☉.

44. Lobelia *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla inæqualiter 5-fida. Antheræ connatæ. Capsula bilocularis.

89. L. *Dortmanna L.* (W. Goth. n. 158) scapo racemoso; foliis linearibus integerrimis bilocularibus.

Hab. in ripis arenosis lacuum Långvattnet, Rådasjön etc. passim. — Jul. Aug. ♃.

FAM. VII. CONVOLVULACEÆ Juss.

Calyx 4—5—fidus, annulo carnoso. Corolla regularis, 5-loba, sæpissime longitudinaliter plicata et per æstivationem contorta. Stamina 4-5 tubo inserta Ovaria 2 connata, ovulis definitis erectis, abeunt in pericarpium capsulare (l. baccatum), columna centrali dissepimentum tenue valvulis parallellum constituente. Stigmata 2, stylis nunc liberis, nunc connatis. Albumen parcum mucilaginosum; embryo rectus. ***Nostræ herbæ volubiles.*** — *Fr. l. c. p. 22.*

45. Convolvulus *L.* Calyx 5-fidus. Corolla campanulata 5-plicata. Capsula 2-3-locularis, loculis 2-spermis.

90. C. *arvensis L.* (W. Goth. n. 144) foliis sagittatis postice acutis.

Hab. in agris, sed in nostra regione sequente longe rarior. Ad Lagklarebäck, (Wahlb. l. c.) inter templum Askim et Lindhult. — (In insula Tjörn passim). — Jun. Jul. ♃.

91. C. *sepium L.* (W. Goth. n. 145) foliis cordato-sagittatis postice truncatis.

Hab. passim frequenter in maritimis, sed circa Gothoburgum omnium fere hortorum copiosissimum vitium.

46. Cuscuta *L.* Calyx 4-5-fidus. Corolla globosa, limbo 4-5-fido. Capsula circumscissa 2-locularis, loculis 2-spermis.

92. C. *europæa L.* (W. Goth. n. 115) floribus in glomerulis bracteatis sessilibus, corolla ventricosa tubo cylindrico, caule filiformi ramoso.

Hab. in Humulo, Urtica etc. in insula Varö (Wahlb. l. c.) — Jun. Jul. ⊙.

Ab hac pro distincta specie habetur *C. epilinum Weihe*, intra nostros fines olim forsitan legenda, caule simplicissimo — licet specimina vidi caule ramoso! — corollæ tubo subgloboso florumque glomerulis ebracteatis. — Utraque planta aphylla volubilis.

FAM. VIII. BORAGINEÆ Juss.

Calyx præcedentis. Discus explanatus l. in columnam porrectus. Corolla subregularis, limbo 5-fido, lobis per æstivationem imbricatis. Stamina 5, corollæ tubo inserta. Stylus unicus. Fructus: nuces 4 (typice omnino 2 bipartitæ) in nostris distinctæ, monospermæ. Semina exalbuminosa, embryone recto inverso. *Nostræ herbæ* (exoticæ etiam fruticosæ), *caule tereti; foliis simplicibus alternis, exstipulatis, plerumque hispidis. Racemi secundi, virginei circinato-revoluti, raro flores axillares. Fr. l. c. p. 23.*

47. Symphytum *L.* Calyx 5-partitus. Corolla ventricoso-subcampanulata, fornicibus lanceolatis conniventibus clausa. Nuces læves.

93. S. *officinale L.* (W. Goth. n. 128) laciniis calycinis tubum corollæ æquantibus, foliis ovato-lanceolatis scabris decurrentibus.

Hab. ad Gunnebo (Wahlb. l. c.), et ad viam inter urbem et Östra Haga, ubi initio forsan cultum. Maj. Jun. ♃.

Est nostra planta omnino *S. officinale Reichenb. excurs.* nec *S. patens ejusd.*, calyce tubo corollæ breviori patente distinctum.

48. Anchusa *L.* Calyx 5-fidus. Corolla infundibuliformis 5-loba, fauce fornicibus obtusis clausa. Nuces rugulosæ.

94. A. *officinalis L.* (W. Goth. n. 133) hispida, tubo corollæ recto, laciniis calycis linearibus, foliis lanceolatis.

Hab. ad Gothoburgum vix nisi passim adventitia obvia. Legi parcissime in ruderatis, ut forsitan eam excludere necesse esset. Jun. Jul. ♃.

95. A. *arvensis M. B.* setoso-hispida, tubo corollæ obliquo laciniis calycis foliisque lanceolatis.

Lycopsis arvensis Linn. W. Goth. n. 134. — Wahlenb. Svec.

Hab. in agris frequenter. — Jun. — Aug. ⊙.

Flores hujus cærulei, præcedentis violacei.

49. Myosotis *L.* Calyx 5-fidus. Corolla hypocrateriformis aut infundibuliformis fauce squamis glabris clausa. Nuces lævissimæ.

96. M. *palustris With.* (W. Goth. n. 132) corollæ limbo plano, calycibus 5-dentatis adpresse-pilosis, caule patenter piloso, foliis oblongo-lanceolatis.

M. scorpioides Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in uliginosis frequenter. Maj. — Jul. ♃.

Species Reichenbachianæ *M. strigulosa*, "caule adpresse striguloso," et *M. laxiflora*, "caule adpresse ramis patenti-pilosis" passim obviæ nec, ut seorsim enumerentur, dignæ.

97. M. *lingulata Lehm.* adpresso-pilosa, calycibus 5-fidis, corollæ limbo concavo, foliis oblongis obtusis.

M. scorpioides β parviflora Wahlenb. Svec.

M. cæspitosa Schultz. Hartm. Skand.

Hab. in fossis etc. passim. Jun. — Aug. ♃.

98. M. *arvensis L.* (W. Goth. n. 131) pilosa, corollæ limbo concavo, calycibus 5-fidis, foliis oblongo-lanceolatis obtusis.

Hab. in agris etc. passim. Maj. Jun. ⊙.

99. M. *collina Ehrh.* hispida, calycibus 5-partitis, fructiferis apertis cernuis, foliis oblongis obtusis.

M. arvensis γ parviflora Wahlenb. Svec.

M. hispida Schlechtd. Hartm. Skand.

Hab. in collibus dumetisque locis siccissimis non raro ex. gr. in Slottsskogen prope castellum Kronan cum sequente. — Maj. Jun. ⊙.

100. M. *versicolor Smith. (sec. Fr.)* hispida, calycibus 5-partitis fructiferis clausis, foliis oblongis acutiusculis.

M. stricta β versicolor Wahlenb. Svec.

Hab. cum priori. — Maj. Jun. ⊙.

Differt a priori etiam corollæ limbo flavo, tubo violaceo. Apud nos ad *M. collinam* magis quam in Scania quoad omnes partes accedere videtur. *Cfr. Fr. Nov. Flor. Svec.* — *M. strictam* in Vestrog. ex. gr. ad Husaby a nobis obvervatam hic numquam legimus.

50. Hippoglossum *Hartm.* Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis, fauce nuda. Nuces læves membranaceæ.

101. H. *maritimum Hartm.* glauca, glaberrima.

Pulmonaria maritima L. — Wahlenb. Svec.

Hab. in litore marino insulæ Domsö, ubi legit amic. *Carlsson.* — Jun. Jul. ♃.

51. Lithospermum *L.* Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis fauce nuda. Nuces osseæ læves aut rugosæ.

102. L. *officinale L.* (W. Goth. n. 126) nucibus lævibus, foliis lanceolatis, radice perenni.

Hab. vix circa Gothob., ad Råda legit *Kullman*, ceterum in arce Bahusiensi frequenter. Jun. Jul.

103. L. *arvense L.* (W. Goth. n. 127) nucibus rugosis, foliis lanceolatis obtusiusculis, radice annua.

Hab. in agris passim. — Maj. Jun.

52. Echium *L.* Calyx 5-partitus. Corolla subcampanulata obliqua sev subringens fauce nuda. Stamina adscendentia.

104. E. *vulgare L.* (W. Goth. n. 125) floribus spicatis, staminibus corolla longioribus, foliis lanceolatis hispidis.

Hab. ad Gothoburgum vix nisi adventitia ut ad Lerje, Utby etc. *(Prof. Wahlberg).* — Ceterum copiosissime in arce Bahusiensi. Jun. Jul. ⊙.

53. Cynoglossum *L.* Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis fauce fornicibus clausa. Nuces glochidatæ.

105. C. *officinale L.* (W. Goth. n. 129) pubescens, foliis caulinis lanceolatis semiamplexicaulibus, radicalibus in petiolum attenuatis.

Hab. ad pagos, in ruderatis etc. rarius; ad Gothob. mihi semel visum; copiosius in insula Hisingen et ad Ganled (Wahlb. l. c.). Jun. Jul. ☽.

54. Echinospermum *Sw.* Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis fauce fornicibus clausa. Nuces triquetræ margine glochidatæ.

106. E. *Lappula Lehm.* (W. Goth. n. 130) canopilosum, caule erecto, foliis lanceolatis.

Myosotis Lappula Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in Rosenlund. — Jul. Aug. ⊙. — Est nostra planta omnino *E. Lappula Reichenb. Flor. excursor. n. 2366* nec *E. squarrosum ejusd. l. c. n. 2367.*

55. Asperugo *L.* Calyx 5-fidus inæqualis, fructiferus compressus laciniis planis. Corolla infundibuliformis, fauce fornicibus clausa.

107. A. *procumbens L.* (W. Goth. n. 135) hispida, foliis eliptico-oblongis.

Hab. in ruderatis frequenter. — Maj. Jul. ⊙.

FAM. IX. LABIATÆ Juss.

Calyx nunc regularis 5 l. 10-dentatus costatusque, nunc bilabiatus, labio superiori 3-, inferiori 2-dentato. Discus in fundo calycis liber. Corolla tubulosa, limbo 5-fido irregulari; lobis 2 in labium superius, inferius primo obtegens, connatis; tribus in labium inferius, primo incurvum, confluentibus. Stamina, supremo deficiente, 4 ut

in corollis labiatis solet didynama I. 2 tantum. Reliqua Boraginearum, a quibus ex analogia plurimorum ordinum Corolliflorarum vix separari debent, sed vegetatio insuper insigniter differt, *caule nodoso-articulato tetragono; folia opposita, flores verticillati foliisve in bracteas reductis spicati l. capitati. — Fr. l. c. p. 25.*

56. Marrubium *L.* Calyx 10-dentatus 10-nervis. Corollæ labium rectum superius 2-fidum, inferius 3-fidum.

108. M. *vulgare L.* (W. Goth. n. 402) tomentosum, foliis subrotundis dentatis rugosis.

Hab. ad pagum Mölndal copiose (Wahlb. l. c.), in insula Grötö etc. Jul. Aug. ♃.

57. Nepeta *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla tubo curvulo: labium superius emarginatum, inferius 3-fidum, lobis lateralibus reflexis, medio concavo crenulato.

109. N. *Cataria L.* (W. Goth. n. 389) pubescens, verticillis spicatis, foliis cordatis serratis petiolatis subtus tomentoso-canescentibus.

Hab. in ruderatis ex. gr. ad Råda (Wahlb. l. c.) et in insula Grötö. — Jul. Aug. ♃.

58. Leonurus *L.* Calyx 5-nervis 5-dentatus. Corollæ labium superius villosum integrum, inferius 3-fidum reflexum. Antheræ punctis nitidis adspersæ.

110. L. *Cardiaca L.* (W. Goth. n. 403) verticillis distinctis, foliis caulinis trifidis integris petiolatis glabriusculis.

Hab. ad pagos non infrequens. — Jul. Aug. ♃.

59. Stachys *L.* Calyx angulatus 5-fidus. Corollæ labium superius fornicatum, integrum aut emarginatum, inferius 3-fidum, lobo medio majore emarginato.

111. S. *palustris L.* (W. Goth. n. 401) verticillis 6-floris, foliis basi cordatis sessilibus lanceolatis pubescentibus.

Hab. in agris humidis passim v. c. in Slottsskogen, et ad ripam fluvii Göthaelf etc. frequenter. Jun. Aug. ♃.

112. S. *silvatica L.* (W. Goth. n. 400) verticillis 6-floris, foliis petiolatis cordatis piloso-villosis.

Hab. in umbrosis ut ad Lagklarebäck prope rivulum (Wahlb. l. c.) et in Slottsskogen prope Syringen. — Jul. ♃.

60. Galeopsis *L.* Calyx 5-dentatus mucronatus. Corollæ labium superius fornicatum, crenatum, inferius 3-lobum, sinubus denticulo donatis.

113. G. *Ladanum L.* (W. Goth. n. 397) verticillis distinctis, dentibus calycis corollæ tubo brevioribus, foliis lanceolatis grosse dentatis.

Hab. in cultis v. c. ad Lunnagården (Wahlb. l. c.) Jun. Jul. ⨀.

114. G. *Tetrahit L.* (W. Goth. n. 398) verticillis confluentibus, dentibus calycis tubum corollæ subæquantibus, foliis ovatis serratis.

β versicolor dentibus calycis tubo corollæ duplo longioribus.

G. versicolor Curt. et Auctorum.

G. cannabina Roth. W. Goth. n. 399.

γ bifida Bönnigh. Fr. Top. Scan. corolla rosea unicolori.

ε floribus minimis albis.

Hab. *α* in agris cum *β* frequenter; *γ* inter frutices æque vulgaris ac *ε* in rupibus locis umbrosis. — Jul. — Sept. ⨀. —

β vix distinguitur nisi corollis duplo majoribus, luteis, et lobo medio labii inferioris purpureo. *γ* et *ε* vix varietates dicendæ.

61. Lamium *L.* Calyx 5-dentatus, dentibus cuspidatis. Corolla fauce bidentata; labium superius fornicatum integrum, inferius obcordatum.

115. L. *amplexicaule L.* (W. Goth. n. 396) verticillis distinctis, dentibus calycis demum conniventibus, labio corollæ inferiori bimaculato, foliis floralibus reniformibus amplexicaulibus.

Hab. in pratis, parcius. — Maj. Jun. ⨀.

116. L. *intermedium Fr.* verticillis distinctis, dentibus calycis patentibus, labio corollæ inferiori punctato, foliis floralibus reniformibus amplexicaulibus.

L. moluccellæfolium Fr. W. Goth. n. 395.
L. purpureum γ *Wahlenb. Svec.*
Hab. in agris cum priori. Maj. Jun. ⊙.
A præcedente differt corollæ tubo breviori, dentibus calycis patentibus (nec conniventibus) longioribus. Quoad folia sæpe simillimum, licet hujus, ut omnes fere partes, majora.

117. L. *incisum Willd.* verticillis confluentibus, dentibus calycis corollæ tubo longioribus, foliis cordatis inæqualiter incisis.
L. purpureum β incisum Wahlenb. Svec.
Hab. in cultis passim ex. gr. in insula Mansholmen et ad Gammelstaden *(Prof. Wahlberg)*. Maj. — Jul. ⊙.

118. L. *purpureum L.* (W. Goth. n. 394) verticillis confluentibus, dentibus calycis tubo corollæ longioribus, foliis cordatis crenatis, superioribus pyramidatis.
Hab. in cultis frequenter. — Maj. — Sept. ⊙.

119. L. *album L.* (W. Goth. n. 393) verticillis 20-floris, galea denticulata, foliis petiolatis cordatis grosse serratis.
Hab. in ruderatis etc. frequenter. — Maj. — Aug. ♃. — Folia fere Urticæ dioicæ, flores albi, præcedentium purpureis multo majores.

62. Glechoma *L.* Calyx 5-dentatus, 15-nervis. Corollæ labium superius emarginatum, inferius 3-lobum lobo medio majore emarginato. Par antherarum cruciatim disposita.

120. G. *hederaceum L.* (W. Goth. n. 392) glabriuscula, foliis petiolatis reniformibus crenatis.
Hab. in arvis, ad vias et in umbrosis. — Maj. ♃.
Duplex apud nos forma ut in Scania: *grandiflora*, pumila, floribus coloris intensioris; *erecta* floribus minoribus, caule erecto pedali vel ultra.

63. Scutellaria *L.* Calyx bilabiatus, labiis fructiferis clausis truncatis, superiori operculato. Corollæ labium superius ad faucem bidentatum, inferius latius indivisum.

121. S. *galericulata L.* (W. Goth. n. 408) floribus geminis axillaribus, foliis basi cordatis oblongis crenatis.
Hab. ad ripam fluvii Göthaelf inter urbem et Surbrun aliisque locis passim. — Jul. Aug. ♃.

64. Prunella *L.* Calycis labium superius 3-dentatum, inferius bifidum. Corollæ labium superius fornicatum, inferius 3-lobum. Filamenta apice 2-dentata, dente altero antherifero.

122. P. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 407) labii superioris calycis dentibus mucronatis, foliis ovato-oblongis basi dentatis obtusiusculis.

Hab. in pratis et pascuis humidiusculis frequenter. — Jun. — Aug. ♃.

Trib. II. Buguleæ. *"Stamina ad galeam obsoletam aut deficientem porrecta, longe exserta."*

65. Ajuga *L.* Calyx 5-fidus. Corollæ labium superius abbreviatum 2-dentatum, inferius 3-lobum, lobo medio obcordato.

123. A. *pyramidalis L.* (W. Goth. n. 388) tetragono-pyramidalis, villosa, floribus axillaribus, foliis caulinis oblongis apice crenatis, radicalibus obovatis obtusis.

Hab. in pascuis non infrequens. — Maj. Jun. ♃.

Trib. III. Saturejineæ. *"Stamina æqualiter distantia. Corolla distincte labiata."*

66. Origanum *L.* Calyx subæqualiter 5-dentatus. Corollæ labium superius emarginatum, inferius 3-fidum, lobis æqualibus.

124. O. *vulgare L.* (W. Goth. n. 705) spicis paniculatis, bracteis ovatis coloratis calyce longioribus, foliis ovatis glabriusculis.

Hab. in montosis inter frutices ut ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.), in Slottskogen supra Trädgården multisque locis in insulis Öckerö et Hönö. Jul. Aug. ♃.

67. Clinopodium *L.* Calycis curvuli labium superius 3-fidum, inferius 2-partitum, fauce nuda. Corollæ labium superius emarginatum, inferius 3-fidum, lobo medio emarginato.

125. C. *vulgare L.* (W. Goth. n. 404) pilosum, verticillis terminalibus axillaribusque, bracteis setaceis calycibus brevioribus, foliis ovatis serratis breviter petiolatis.

Hab. cum præcedente iisdemque locis ac tempore. ♃.

68. **Thymus** *L.* Calyx bilabiatus fauce villosa, labio superiore 3-fido, inferiori bipartito. Corollæ labium superius emarginatum, inferius 3-fidum, lobo medio integro.

126. T. *Serpyllum L.* (W. Goth. n. 406) floribus capitatis, foliis obovato-lanceolatis obtusis basi ciliatis, caulibus prostratis radicantibus, ramis albo-puberulis.

Hab. in pascuis apricis siccis ad Stensjön (Wahlb. l. c.) et versus Sageröd. (In insula Tjörn Bahusiæ). Jul. Aug. ♃.

Cfr de hac specie *Fr. Nov.* et *Wahlenb. Svec.* Utrum nostra species sit *Th. Serpyllum Reichenb. Flor. Germ. exsiccat. et excursor.*, an *Th. angustifolius l. c.* eo difficilius est dictu, quod utrumque ne secundum specimina quidem a *Cel. Reichenbachio* determinata distinguere possum. Foliis saltim angustioribus latioribusve nil fidendum, nec caulibus filiformibus. Omnia variant! Stamina, plerumque exserta, vidi inclusa etc.! Ceterum in uno eodemque specimine variantem vidimus dentibus inferis calycis tubum corollæ et æquantibus et superantibns. Paucis: in tota rerum natura nil ineptius separatur, quam hæ species cum inumeris utrique earum apud auctores additis varietatibus.

69. **Mentha** *L.* Calyx æqualiter 5-dentatus, fauce nuda. Corolla limbo subæqualiter 4-fido. Filamenta recta.

127. M. *aquatica β subsativa Fr.* verticillis omnibus axillaribus (nec in capitulum congestis) discretis, imis pedicellatis, calyce tubuloso dentibus cuspidatis, foliis petiolatis ovatis serratis subglabriusculis. — *Fries Nov. ed. 2. n. 179. ε.*

M. sativa W. Goth. n. 390.

Ad ripas amnis Mölndalsån prope Lagklarebäck (Whlb. l. c.); ad viam publicam prope Kärra etc. non infrequens. — Jul. Aug. ♃.

A sequente, cum qua sæpissime commutarunt botanici, caute distinguenda. Differt 1:mo loco natali, 2:do caule purpurascente, 3:tio pedicellis retrorsum hispidis etc. Observandum videtur *M. aquaticam capitatam* in nostra regione omnino desiderari, nec ullam aliam formam hujus in Scaniæ polymorphæ speciei hic obviam venire.

128. M. *arvensis L.* (W. Goth. n. 391) verticillis sessilibus, corolla calyce campanulato duplo longiore, foliis subovatis serratis petiolatis.

Hab. in agris subhumidis passim. Jul. Aug. ♃.

70. Lycopus *L.* Calyx æqualiter 5-dentatus. Corolla limbo æqualiter 4-fido. Antheræ duæ.

129. L. *europæus L.* (W. Goth. n. 20) foliis ovato-lanceolatis subpinnatifidis serratis pubescentibus.

Hab. ad ripas amnium, ad scaturigines etc. passim. Jul. Aug. ♃.

CLASSIS III TUBIFLORÆ.

Stamina inserta corollæ vere hypogynæ i e. basi clausæ, germen amplectenti, absque toro dilatato disciformi Annuliflorarum. Calyx liber (in unico *Samolo* adhærens). Fructus superus. *Tubus germen ceterasque partes includit, quare præ ceteris Tubifloræ dictæ. — Fr. l. c. p. 32.*

FAM. X. SOLANACEÆ Juss.

Calyx 5-partitus, herbaceus, absque disco hypogyno. Corolla vere hypogyna, decidua, 5-fida, subregularis nec labiata. Stamina 5, alterna, antheris interdum cohærentia. Stylus 1, stigmate unico. Fructus bilocularis, 2-4 valvis, valvis dissepimento paralellis. Placentæ axi dissepimenti adnatæ, polyspermæ. Albumen carnosum, embryo arcuatus, sed rectus in Verbasco. *Herbæ l. frutices venenosæ, narcoticæ, caule tereti, foliis alternis exstipulatis. — Fr. l. c.*

71. Solanum *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla 5-partita rotata. Antheræ conniventes. Bacca bilocularis.

130. S. *Dulcamara L.* (W. Goth. n. 151) frutescens, baccis coccineis, foliis cordatis, superioribus hastatis.

Hab. inter lapides passim ad ripam fluvii Göthaelf, in sepibus etc. — Jun. Jul.

131. S. *nigrum L.* (W. Goth. n. 150) herbaceum, baccis nigris, foliis ovatis repandis.

Hab. in cultis copiose. Jun. — Sept. ☉. — Flores præcedentis violacei, hujus albi.

72. Hyoscyamus *L.* Calyx urceolatus 5-dentatus. Corolla infundibuliformis irregulariter 5-loba. Capsula bilocularis operculata, calyce inclusa.

132. H. *niger L.* (W. Goth. n. 149) piloso-glutinosa, floribus subsessilibus, foliis sinuato-dentatis subsessilibus, radicalibus petiolatis.

β agrestis foliis floralibus integris, radice annua.

Hab. in ruderatis, rarior; *β* in Rosenlund. Jun. Jul. ☽.

73. Verbascum *L.* Calyx 5-partitus. Corolla rotata 5-partita, lobis subæqualibus. Capsula bilocularis.

133. V. *Thapsus L.* (W. Goth. n. 147) tomentosum, racemo spicato denso, foliis oblongis crenatis decurrentibus.

Hab. in montosis et glareosis ex. gr. ad Gunnebo (Wahlb. l. c.); inter templum Askim finesque Hallandiæ multis locis. — Aug. Sept. ☽. — Filamenta 2 glabriuscula, 3 luteo-villosa.

134. V. *nigrum L.* (W. Goth. 148) racemo elongato, foliis supra glabriusculis subtus tomentosis, inferioribus cordato-oblongis crenatis.

Hab. ad radices montium Björkåsbergen et ad Kollered (Wahlb. l. c.), ad templum Frölunda etc. — Jul. Aug. ☽. — Filamenta violaceo-barbata.

FAM. XI. PERSONATÆ.

Calyx 4-5-fidus, herbaceus absque disco hypogyno. Corolla vere hypogyna decidua 4-5-fida, sæpissime bilabiata, lobis inæqualibus per æstivationem imbricatis. Stamina (uno l. tribus abortientibus) 4 didynama l. duo tantum. Stylus 1, stigmate unico. Fructus capsularis, bilocularis (fungosis tantum unilocularis) genuinis polyspermus. Albumen carnosum, embryone recto. *Nostræ herbæ* (exoticæ plures frutescunt), *caule nunc tereti, nunc tetragono tum oppositifolio. Fr. l. c. p. 34.*

Trib. I. Antirrhineæ. *"Capsulæ dissepimentum utrinque medio placentiferum polyspermum."*

74. Scrophularia *L.* Calyx 5-fidus. Corolla subglobosa bilabiata, labio superiori bilobo, inferiori indiviso. Capsula bilocularis.

135. S. ***nodosa*** *L.* (W. Goth. n. 419) caule acutangulo, foliis cordatis petiolatis duplicato-serratis glabris.

Hab. in glareosis etc. passim ex. gr. in Rosenlund; frequentior in insulis extra Gothoburgum. — Jul. Aug. ♃.

75. Antirrhinum *L.* Calyx 5-partitus. Corolla personata basi calcarata aut gibba, galea bifida, labio 3-fido. Capsula bilocularis.

136. A. ***Linaria*** *L.* (W. Goth. n. 417) floribus subspicatis terminalibus, corolla basi calcarata, caule glabro erecto foliis confertis linearibus integris glabris tecto.

Hab. in montosis frequenter. Jul. Aug. ♃.

137. A. ***Orontium*** *L.* floribus axillaribus, corolla basi gibba, foliis lanceolatis, caule erecto.

Orontium arvense Pers. W. Goth. n. 418.

Hab. in cultis ad Lagklarebäck, parcius (Wahlb. l. c.) — Jul. Aug. ⊙. Flores rubri.

76. Veronica *L.* Calyx 4-partitus. Corolla infundibuliformis aut rotata 4-fida, lacinia infima angustiore. Stamina duo. Capsula bilocularis.

** racemo terminali pedicellis brevibus bracteatis.*

138. V. ***longifolia*** *L.* (W. Goth. n. 8) caule erecto superne pubescente inferne glabro, foliis ternis duplicato-serratis glabriusculis, superioribus utrinque subattenuatis, inferioribus basi cordatis lanceolatis acuminatis.

Hab. in montibus Björkåsbergen, prope viam ad pagum Toltorp, par. Fässberg, et in insula Vinga (Wahlb. l. c.). In insula Hisingen prope Sannegården (et in Orost prope Möckleby). Aug. Sept. ♃.

139. V. ***serpyllifolia*** *L.* (W. Goth. n. 10) adscendens, subglabra, racemo elongato, bracteis oblongis, foliis ovatis crenulatis.

Hab. in pratis subhumidis. — Maj. Jun. ♃.

140. V. ***arvensis*** *L.* (W. Goth. n. 15) adscendens, bracteis lanceolatis, foliis superioribus sessilibus, inferioribus petiolatis ovatis inciso-serratis.

Hab. locis exaridis apricis. Maj. Jun. ⊙. Flores cærulei inconspicui.

141. V. *verna L.* (W. Goth. n. 16) erecta, bracteis linearibus, foliis digitato-partitis.

Hab. locis aridis, passim (Wahlb. l. c.) Maj. Jun. ⊙.

** *pedunculis elongatis axillaribus unifloris.*

142. V. *agrestis L.* (W. Goth. n. 14) capsula turgida obcordata, laciniis calycis oblongis obtusis corollam superantibus, foliis cordato-oblongis pilosis.

Hab. in agris passim. Maj. — Jul. ⊙.

Ab hac caute distinguenda *Veronica opaca Fr.*, laciniis calycis spathulatis, capsula reniformi villosa, foliis cordato-subrotundis, et *V. polita* Fr. capsula turgida, laciniis calycis ovatis acutis nervosis, foliis cordato-ovatis inciso-serratis, quarum utraque apud nos olim forsitan invenietur.

*** *pedunculis elongatis axillaribus racemiferis.*

143. V. *Chamædrys L.* (W. Goth. n. 13) suberecta, caule bifariam piloso, foliis cordato-ovatis inciso-serratis sessilibus.

Hab. in pratis et ad margines agrorum frequenter. Maj. Jun. ♃. Floribus majoribus cæruleis violaceo-striatis insignis, puellis Gothoburgensibus *Trohet utan flärd.*

144. V. *officinalis L.* (W. Goth. n. 9) repens, caule procumbente, foliis obovatis serratis villosis.

Hab. in pascuis silvaticis. Jun. — Aug. ♃.

145. V. *Beccabunga L.* (W. Goth. n. 11) glaberrima, succulenta, foliis ellipticis obtusis breviter petiolatis.

Hab. in fossis et scaturiginibus ex. gr. inter nya Badhuset et Surbrun. Jul. Aug. ♃.

146. V. *scutellata L.* (W. Goth. n. 12) adscendens, foliis linearibus denticulatis glabris.

β villosa, tota herba pubescens.

Hab. in uliginosis frequenter. *β* in insula Grötö. Jul. Aug. ♃.

Trib. II. Polygaleæ. *Capsulæ dissepimentum tenue, placentis nerviformibus marginatum, seminibus solitariis. (Nostrarum filamenta binatim diadelpha, anthe-*

rarum loculis discretis unde octandra apparent, perfectis vero antheræ biloculares 4, 5.)

77. Polygala *L.* Calyx sepalis 5, duobus majoribus alæformibus demum capsulam includentibus. Corolla labio superiori bifido, inferiori fimbriato. Capsula compressa, emarginata, bilocularis.

147. P. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 464) alis capsula longioribus, foliis superiobus linearibus, inferioribus lanceolatis acutis.

Hab. in pascuis et pratis. Maj. Jun. ♃.

Trib. III. Rhinanthaceæ. *Capsula marginibus valvularum inflexis seminiferis.*

78. Melampyrum *L.* Calyx 4-fidus. Corolla labio superiori margine replicato, inferiori 3-fido Capsula oblique acuminata, bilocularis, loculis monospermis.

148. M. *cristatum L.* (W. Goth. n. 412) spicis quadrangularibus, bracteis coloratis imbricatis serratis, foliis linearibus integerrimis.

Hab. inter *Corylos* ad templum Kållered (Wahlb. l. c.) (Extra fines ad Släp Hallandiæ borealis et in insula Skaftö Bahusiæ). — Jun. Jul. ⊙.

149. M. *pratense L.* (W. Goth. n. 413) floribus secundis axillaribus clausis, foliis floralibus hastato-dentatis.

Hab. in pratis silvaticis nemoribusque frequenter. — Jun. — Aug. ⊙.

150. M. *silvaticum L.* (W. Goth. 414) floribus secundis axillaribus hiantibus, foliis floralibus basi integris dentatisve.

Hab. cum præcedente eisdem locis ac tempore. — ⊙.

79. Euphrasia *L.* Calyx 4-fidus. Corolla labio superiori emarginato, inferiori 3-fido. Antheræ 2 aut 4 basi acuminatæ. Capsula obtusa, bilocularis.

151. E. *officinalis L.* (W. Goth. n. 409) antheris duabus basi ciliatis, foliis ovatis serratis.

α *pratensis*, pubescens superne glandulosa.

β *gracilis Fr. Hall.* caule simplici aut ramoso, floribus minoribus folia exigua longe superantibus.

E. micrantha Reichenb. Flor. excurs. n. 2413.

E. pratensis β stricta Wahlb. Goth. p. 65.

Hab. α in pratis æque frequenter ac β in ericetis etc. Jun. — Aug. ♃.

Planta pro loco et tempore valde variabilis, cujus var. β inter ceteras optime videtur distincta caule gracili tenuique, subnitido, foliis minimis, floribus parvis etc., licet unicuique attentius observanti facile patebit hanc speciem maxime variare et differentiam hujus formæ solo macro atque arido, cui increscit, certe esse adscribendam. Plurimæ apud *Cel. Fr. in Nov.* allatæ varietates in nostra regione occurrunt; sic ex. gr. var. *montana*, calycibus glabriusculis, et *curta Fr. l. c. Wahlb. Goth. p. 65* in irriguis montium etc.

152. E. *Odontites L.* antheris omnibus mucronatis, foliis lanceolatis serratis.

Bartschia Odontites Huds. W. Goth. n. 410.

— *β simplex Wahlb. Goth. l. c.* caule simplici, foliis paulo latioribus.

E. Odontites var. litoralis Fr. Topogr. Scan.

Hab. α in agris eorumque marginibus circa Gothob. rarissime et vix obvia; β eo frequentior in pratis litoralibus. — Jul. Aug. ⊙.

Flores rubri; α sæpissime ramosissima; ceterum nulla differentia nisi folia β, ut notavimus, latiora. β ad Cimbritshamn Scaniæ lecta in agris.

80. Rhinanthus *L.* Calyx ventricosus 4-dentatus. Corolla labio superiori bidentato compresso, inferiori 3-lobo. Capsula compressa suborbicularis bilocularis.

153. R. *Crista galli L.* (W. Goth. n. 410) pistillo exserto dentibusque galeæ discoloribus, caule maculato.

Hab. in pratis etc. frequenter. Maj. — Jul. ⊙.

154. R. *minor Ehrh.* pistillo incluso dentibusque galeæ concoloribus, caule immaculato.

R. Crista galli β minor W. Goth. l. c. — Wahlenb. Svec.

Hab. in pratis sæpe cum præcedente. Maj. — Jul. ⊙.

Folia utriusque lanceolata aut linearia, asperula, serrata. Species nimis affines melius forsitan conjungendæ quam separandæ. Nec mihi ipse visus sum videre characteres tam stabilitos ut voluit Reichenbach.

81. Pedicularis *L.* Calyx ventricosus 5-fidus, dente infimo minimo. Corolla labio superiore compresso emarginato, inferiore 3-lobo. Capsula rostrata bilocularis.

155. P. *palustris L.* (W. Goth. n. 415) galea obtuse bidentata, calyce bilabiato punctato, foliis bipinnatifidis, caule erecto ramoso.

Hab. in pratis uliginosis ex. gr. ad templum Frölunda etc. non infrequens. Maj. Jun. ♃.

156. P. *silvatica L.* (W. Goth. n. 416) galea acute bidentata, calyce quinquefido, foliis bipinnatifidis, caulibus cæspitosis.

Hab. in uliginosis passim. Maj. Jun. ♃.

Trib. IV. Orobancheæ. *Capsula unilocularis, placentæ utrinque parietales. Plantæ fungosæ aphyllæ.*

82. Lathræa *L.* Calyx 4-fidus. Corolla labio superiore integro, inferiore 3-fido. Capsula unilocularis bivalvis.

157. L. *Squamaria L.* floribus secundis pendulis, scapo simplici squamoso.

Hab. in radicibus Coryli ad Trädgården in Slottsskogen meridiem versus. Apr. Maj. ♃. Radix squamosa. Tota fere herba rosea, succulenta. Corolla extus pubescens antheras exserens.

FAM. XII. GENTIANEÆ Juss.

Calyx herbaceus, 4-8 fidus. Corolla regularis, marcescens, laciniis tot quot stamina alterna, per æstivationem sinistrorsum contortis. Styli 2, nunc distincti nunc connati sed fissiles, stigmatibus duobus, plerumque distinctis. Capsula bivalvis, unilocularis l. e valvulis introflexis bilocularis, polysperma, placentis valvularum marginibus adnatis. Albumen carnosum. *Herbæ amaræ exstipulatæ, sæpius integrifoliæ et oppositifoliæ, caule tetragono,* sed Menyanthes recedit valvalis medio seminiferis, æstivatione valvata, foliis ternatis etc. — *Fr. l. c. p. 41.*

83. Erythræa *Pers.* Calyx angulatus 5-dentatus. Corolla infundibuliformis, tubo cylindrico longo, limbo 5-

partito. Antheræ exsertæ post anthesin spiraliter contortæ. Capsula subbilocularis bivalvis.

158. E. *litoralis Fries.* floribus sessilibus bibracteatis, foliis sublinearibus obtusis.

E. angustifolia Link. Wahlb. Goth. n. 172. — Wahlenb. Svec.

Hab. in graminosis litorum omnium fere insularum. Jul. ☽.

159. E. *pulchella Fr.* floribus pedicellatis nudis, foliis ovato-lanceolatis.

E. ramosissima α et β Wahlb. Goth. n. 173.

E. angustifolia γ tenuiflora Wahlenb. Svec.

Hab. cum priori frequenter. Jul. Aug. ⊙. — Variat caule simplicissimo et ramosissimo, altitudinis 1-4 uncialis. — Flores et hujus et præcedentis rubri.

84. Gentiana *L.* Calyx 4-5-partitus. Corolla infundibuliformis tubo brevi, limbo 4-5-fido. Antheræ inclusæ rectæ. Capsula unilocularis bivalvis.

160. G. *Pneumonanthe L.* (W. Goth. n. 175) fauce corollæ 5-fidæ nuda, foliis linearibus.

Hab. in pascuis ericetosis humidis ex. gr. ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.); in insula Hisingen prope Ramberget et ad Rya. — Sept. ♃.

161. G. *Amarella L.* fauce corollæ 5-fidæ barbata, foliis lanceolatis.

Hab. in pratis inter Toltorp et templum Fässberg *(Prof. Wahlberg).* Jul. Aug. ⊙.

162. G. *campestris L.* (W. Goth. n. 174) fauce corollæ 4-fidæ barbata, foliis ovatis.

Hab. in pascuis silvaticis et montanis passim. Jul. Aug. ⊙. Flores omnium specierum cærulei.

85. Menyanthes *L.* Calyx 5-partitus. Corolla infundibuliformis, limbo 5-partito, laciniis recurvis intus hirsutis. Capsula unilocularis bivalvis.

163. M. *trifoliata L.* (W. Goth. n. 137) foliolis ternis ovalibus.

Hab. in paludibus v. c. ad Gunnebo, ad viam inter Masthugget et Nya Hvarfvet etc. Maj. Jun ♃. — Flores albido-rosei.

FAM. XIII. PRIMULACEÆ Vent.

Calyx herbaceus. Corolla regularis, decidua, fauce nuda, limbo rotato 4-5-fido (luxurie 6, 7-fid.), staminibus totidem oppositis. Antherarum loculi contigui rima longitudinali dehiscentes. Stylus 1, stigmate capitato. Fructus capsularis, unilocularis, polyspermus, placenta centrali libera. *Herbæ vel caulescentes foliosæ* (Rotaceæ L.): vel *acaules*, *scaposæ* (Preciæ L.). *Fr. l. c. p. 43.*

Trib. I. Rotaceæ.

86. Trientalis *L.* Calyx et Corolla rotata 7-partita. Capsula unilocularis baccata.

164. T. *europæa L.* (W. Goth. n. 252) foliis lanceolatis subverticillatis.

Hab. in nemoribus passim, ex. gr. in Slottsskogen prope Lilla Enggården. Maj. Jun. ♃.

87. Lysimachia *L.* Calyx 5-partitus. Corolla 5-partita rotata. Capsula globosa unilocularis 5-valvis, dentibus dehiscens.

165. L. *thyrsiflora L.* (W. Goth. n. 141) racemis axillaribus pedunculatis, foliis lanceolatis glabris.

Hab. ad ripas fluviorum rivulorumque passim. Jul. ♃.

166. L. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 139) floribus paniculatis, foliis ternis quinisve oblongo-lanceolatis.

Hab. ad ripas fontesque frequenter. Jul. Aug. ♃.

167. L. *Nummularia L.* (W. Goth. n. 140) floribus solitariis pedunculatis axillaribus, foliis subrotundis.

Hab. ad Liseberg (Wahlb. l. c.) et ad Bokedalen (*Prof. Wahlberg*). Jun. Jul. ♃. Flores specierum omnium lutei.

88. Anagallis *L.* Calyx 5-partitus. Corolla rotata 5-loba. Capsula globosa unilocularis circumscissa.

168. A. *arvensis L.* (W. Goth. n. 142) caule prostrato, foliis ovatis trinerviis subtus nigro-punctatis.

Hab. in litore marino cum continentis tum insularum frequenter. Jul. Aug. ⊙. Corolla carnea.

89. **Centunculus** *L.* Calyx 4-partitus. Corolla tubulosa, limbo 4-fido. Capsula unilocularis circumscissa.

169. C. *minimus* L. (W. Goth. n. 103) floribus solitariis sessilibus axillaribus, foliis ovatis alternis.

Hab. in insula Domsö et ad lacum Långvattnet (Wahlb. l. c.). Jun. Jul. ⊙. Caulis uncialis ramosus aut simplex = *C. simplex Hornem.*

90. Glaux *L.* Calyx campanulatus 5-fidus coloratus. Corolla nulla. Capsula unilocularis 5-valvis.

170. G. *maritima* L. (W. Goth. n. 171) floribus axillaribus solitariis, foliis oblongo-lanceolatis punctatis.

Hab. in litore marino frequenter; etiam prope Saltkällan ad castellum Götha Lejon. Jun. Aug. ♃.

Trib. II. Preciæ.

91. Primula *L.* Calyx campanulatus 5-dentatus. Corolla infundibuliformis limbo 5-lobo. Capsula unilocularis dentibus dehiscens.

171. P. *veris* L. (W. Goth. n. 136) floribus nutantibus, foliis ovatis dentatis rugosis in petiolum decurrentibus.

Hab. in nemorosis collibusque circa Gothoburgum rarior v. c. in Slottsskogen et ad Lagklarebäck; copiosior versus fines Hallandiæ in par. Askim. Maj. ♃. Flores flavi.

92. Hottonia *L.* Calyx 5-partitus. Corolla hypocrateriformis limbo 5-lobo. Capsula globosa unilocularis evalvis.

172. H. *palustris* L. (W. Goth. n. 138) floribus pedunculatis verticillatis, foliis submersis pectinatim pinnatis, pinnis filiformibus.

Hab. in paludibus rivulisque passim ex. gr. in rivulo inter templum Frölunda et Hylte etc. Jun. Jul. ♃. — Corollæ albo-roseæ.

Trib. III. Lentibularieæ. Calyx corollaque sublabiata, staminibus 2 l. 4 didynamis; prioribus albumen nullum, in *Limosella* vero, ut in genuinis, carnosum.

93. Utricularia *L.* Calyx bipartitus, lobis indivisis. Corolla personata, labio inferiore calcarato. Stamina duo. Capsula unilocularis circumscissa.

173. U. *intermedia Hayne* (W. Goth. n. 18) labio superiore integro palatum duplo superante, nectario conico, foliis vesiculiferis 3-partito-dichotomis, laciniis serrulatis.

Hab. in paludibus circa Råda (Wahlb. l. c.) Jun. Jul. ♃.

174. U. *minor L.* (W. Goth. n. 19) labio superiore emarginato palatum æquante, nectario carinato, foliis vesiculiferis tripartito-dichotomis, laciniis integerrimis.

Hab. in palude Lagklarebäcksmåsse (Wahlb. l. c.) Jun. Jul. ♃. — Corollæ utriusque flavæ.

94. Pingvicula *L.* Calyx bilabiato-quinquefidus. Corolla bilabiata calcarata, labio superiore emarginato, inferiore trilobo. Stamina duo. Capsula unilocularis bivalvis.

175. P. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 17) foliis oblongis margine involutis.

Hab. in uliginosis montium frequenter. Jun. ♃. Corolla violacea.

95. Limosella *L.* Calyx 5-fidus. Corolla campanulata 5-fida subæqualis. Stamina quatuor. Capsula unilocularis bivalvis.

176. L. *aquatica L.* (W. Goth. n. 420) corolla minuta, foliis longe petiolatis spathulatis glaberrimis.

Hab. ad ripas, parcius (Wahlb. l. c.). (In insula Skaftö Bahusiæ). Jul. Aug. ♃. Herba pusilla. Corolla alba rubro-punctata.

FAM. XIV. PLUMBAGINEÆ Juss.

Calyx 5-dentatus, nostris scariosus, plicatus. Corolla (typice monopetala, hypocrateriformis) nostris 5-petala. Stamina petalis, æstivatione contortis, inserta, opposita. Styli plures stigmatibus capillaribus. Fructus capsularis, monospermus, placenta s. funiculo e centro, sed semen inversum. Albumen farinaceum. *Herbæ scaposæ, foliis integris. Fr. l. c. p. 46.*

96. Armeria *Willd.* Involucrum polyphyllum. Calyx 5-dentatus. Corolla 5-partita. Capsula monosperma non dehiscens.

177. A. *vulgaris Willd.* (W. Goth. n. 211) capitulo subrotundo terminali, scapo glabriusculo, foliis linearibus.

Statice Armeria Linn. Wahlenb. Svec.

β *maritima* (W. Goth. l. c.) scapo pubescente breviore, corollis majoribus.

Hab. α ad viam inter Gothoburgum et Lerje. β in rupibus litoris marini ex. gr. in par. Askim frequenter. Maj. — Jul. ♃.

α distinguitur scapo altiore subglabro, foliis radicalibus longioribus; β corollis majoribus etc. Mea specimina hujus varietatis habent petala non profundius quam in illa emarginata. Folia autem plerumque enervia. Optime ceterum, ut descripsit Cel. *Fries in Top. Scan.*, differt "turionibus pulvinato-cæspitosis et sempervirentibus," ut distinctam fere haberem.

97. Statice *L.* Involucrum nullum. Spiculæ bracteatæ. Calyx 5-dentatus. Corolla 5-partita. Capsula monosperma non dehiscens.

178. S. *Limonium L.* (W. Goth. n. 212) scapo paniculato, foliis obovatis in petiolum attenuatis, sub apice recurvato-mucronatis. — *Reichenb. Ic. Bot. DCCLI.*

Hab. in insula Domsö (Wahlb. l. c.), et in insula minori prope Känsö. Jul. Aug. ♃.

Cfr de hujus speciei differentia a planta Scanica *Fr. Topogr. Scan.*, *Wahlenb. Svec. ed. 2 add.* etc. Cum vero plantam vivam examinare haud licuerit, melius ejus descriptionem, data in loco examinandi occasione, dilatam credimus. Planta Scanica *Armeriæ vulgaris β* fere analoga.

FAM. XV. PLANTAGINEÆ Juss.

Calyx herbaceus 3-4-partitus. Corolla regularis, *scariosa*, persistens, limbo quadrifido æstivatione imbricato. Stamina 4 alterna. Filamenta primo induplicata. Stylus 1, stigmate unico. Fructus capsularis, placenta centrali. Albumen carnosum. *Habitus et vegetatio Plumbaginearum. Fr. l. c. p. 47.*

98. Plantago *L.* Calyx 4-partitus. Corolla tubo cylindrico, limbo 4-partito. Stamina exserta. Capsula subbilocularis circumscissa, 2-polysperma.

179. P. *major L.* (W. Goth. n. 98) spica lineari elongata, scapo tereti, foliis ovatis petiolatis 5-8-nervibus glabriusculis.

β scopulorum Fr. Wahlb. Goth. foliis sinuato-dentatis subcarnosis.

Hab. α ubique. β in litore ad Ganled. — Jul. Aug. ♃

180. P. *media L.* (W. Goth. n. 99) spica oblonga, scapo tereti foliisque ovatis breviter petiolatis 5-6-nervibus pubescentibus.

Hab. circa Gothoburgum rarior. Ad castellum Götha Lejon (Wahlb. l. c.). (Ad Släp Hallandiæ borealis passim) Maj. Jun. ♃.

181. P. *lanceolata L.* (W. Goth. n. 100) spica ovata, scapo angulato, foliis lanceolatis utrinque attenuatis 3-4-nervibus.

β graminifolia Wahlb. Goth. foliis gramineis.

Hab. ad vias, in collibus etc. frequenter. β in insula Domsö. Maj. — Jul. ♃. Variat præsertim quoad magnitudinem; var. *altissima Wahlb. Goth.* forma maxima.

182. P. *maritima L.* (W. Goth. n. 101) spica lineari, scapo tereti, foliis semiteretibus linearibus.

β serpentina Retz. foliis planiusculis basi lanatis.

γ dentata Fr. Hall. foliis linearibus planis dentatis.

δ gentilis Fr. scapo stricto, foliis brevibus subcylindricis tenuissimis.

Hab. in maritimis frequenter. β et γ in insula Domsö; δ ad Ganled (Wahlb. l. c.) — Jun. Jul. ♃. Planta maxime polymorpha, cujus omnes enumeratæ varietates, δ forsitan excepta, in natura semper nobis visæ sunt confluere.

183. P. *Coronopus L.* (W. Goth. n. 102) spica oblonga, scapo tereti, foliis pinnatifidis.

β integrifolia.

Hab. "in insula Domsö, loco unico graminoso" (Wahlb. l. c.) β ibidem. Jun. Jul. ♃.

99. Litorella *L.* Monoica. Flores masculi calyce 4-partito, corolla infundibuliformi, limbo 4-partito. Stamina longe exserta. Flores feminei calyce 3-partito, corolla dentata. Capsula monosperma.

184. L. *lacustris Berg.* (W. Goth. n. 590) scapo unifloro, foliis linearibus subteretibus.

Plantago uniflora Linn. Svec.

Hab. in ripis inundatis lacuum Rådasjön, Långvattnet etc. Jul. Aug. ♃.

SERIES II. THALAMIFLORÆ.

Perianthium duplex, discretum, interius corollinum, petalis inter se liberis. Stamina cum petalis inserta basi a calyce libera aut prominente (*receptaculo* vulgo dicto), biserialia aut uniserialia alterna. *Fr. l. c. p. 48.*

CLASSIS IV. DISCIFLORÆ.

Stamina petalaque inserta disco epigyno aut subperigyno carnoso manifesto, uniserialia, definita. Calyx gamosepalus ovario discove plus minus adhærens. *Inflorescentia definita, aggregata, floribus ratione seminum ut Seminifloris, quas manifeste repetunt, exiguis, virescentibus albidisve, haud saturate coloratis. Fr. l. c. p. 49.*

FAM. XVI. CORNEÆ De Cand.

Calyx germini adcretus, limbo supero 4-partito deciduo. Discus epigynus, persistens. Petala 4, basi lata, per æstivationem valvata. Stamina 4, alterna. Stylus filiformis, stigmate simplici. Fructus drupaceus, ex ovariis 2 connatis. Semina in loculis solitaria, pendula. Albumen carnosum. *Frutices, paucissimæ herbæ (quasi frutices subterranei) foliis oppositis, integris exstipulatis.* Unicum nobis genus. *Fr. l. c.*

100. Cornus *L.* Calyx 4-dentatus. Corolla 4-petala. Drupa putamine biloculari.

185. C. *svecica L.* (W. Goth. n. 113) herbacea, umbella involucrata, foliis sessilibus nervosis.

Hab. in paludibus frequenter. Jun. Jul. ♃. Involucrum tetraphyllum albidum.

FAM. XVII. MALPIGHIACEÆ Juss.

Calyx liber, limbo 4-5-fido. Discus in fundo calycis amplus, carnosus, discretus. Petala 4-5, ungue brevi disci margini inserta, per æstivationem imbricata. Stamina petalis numero æqualia l. dupla, disco inserta. Styli nunc connati nunc distincti, stigmatibus 2, 3. Fructus ex ovariis duobus l. tribus angulo centrali connatus, varius. Semina solitaria l. bina, exarillata, exalbuminosa, angulo centrali affixa. ***Frutices l. arbores, foliis sæpius compositis aut palmato-lobatis. Fr. l. c. p. 50.***

101. Acer ***L.*** Flores polygami. Calyx 5-partitus. Corolla 5-petala. Capsula bilocularis, loculis alatis monospermis.

186. A. *platanoides* ***L.*** (W. Goth. n. 261) corymbis erectiusculis, foliis quinquelobis utrinque glabris.

Hab. in lucis nemoribusque, rarior. Apr. Maj.

187. A. *campestre* ***L.*** corymbis erectiusculis, foliis trilobis pubescentibus.

Hab. prope Gammelstaden ad Torrarpsgrotta; initio forsitan plantatum, sed quotannis florens seminaque maturans *(Prof. Wahlberg)*. Maj.

FAM. XVIII. ARALIACEÆ Juss.

Calyx subadnatus, fructum coronans. Petala 5-10 per æstivationem valvata. Stamina totidem, alterna (in *Adoxa* simul opposita, e petalis, quæ deficiunt, transformata). Styli nunc distincti, nunc conjuncti, stigmatibus tot quot ovaria connata. Fructus baccatus, 2-15-locularis, loculis monospermis. Semina angulata, testa crustacea. Albumen carnosum. ***Arbores, frutices, rarissime herbæ, sæpius scandentes. Folia lobata l. composita. Inflorescentia subumbellata. Fr. l. c. p. 51.***

102. Hedera ***L.*** Calyx 5-dentatus. Petala 5. Bacca 5-locularis.

188. H. *Helix L.* (W. Goth. n. 170) umbella erecta, foliis floralibus ovatis acutis, caulinis quinquelobis.

Hab. in montibus locis præcipue nemorosis ex. gr. versus Burgården, ad Stora Enggården et ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.) Sept. Oct. Frutex caulibus scandentibus longissimis.

103. Adoxa *L.* Calyx disepalus. Corolla 4-fida. Stamina 8. Bacca unilocularis 4-sperma.

189. A. *Moschatellina L.* (W. Goth. n. 272) herbacea, floribus in capitulum terminale congestis, foliis duobus caulinis oppositis, radicalibus longe petiolatis subbiternatis.

Hab. in nemoribus passim v. c. ad Liseberg et Lunnagården (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen prope Trädgården etc. Apr. Maj. ♃. Flores virides.

FAM. XIX. UMBELLIFERÆ Juss.

Calyx adnatus, apice coarctatus, limbo obsoleto l. dentato. Discus epigynus nectarifer. Petala 5, cum staminibus totidem alternis disco extus inserta, basi ungviculata, æstivatione involuta. Styli 2, basi incrassati, demum divergentes. Fructus 2 sicci, uniloculares, monospermi, sed primo calyce tegente (ut in Rubiaceis) in unum cohærentes, maturi vero discreti columella centrali ab apice bipartita. Semina pendula, albumine copioso subcorneo. *Herbæ* (exoticæ etiam fruticosæ), *caule subnodoso, fibris medullaribus* (more Monocotyledonearum) *intra substantiam sparsis. Folia alterna, petiolis vaginantibus. Inflorescentia umbellata. Fr. l. c. p. 52.*

Trib. I. Campylospermæ. *Albumen intus sulco longitudinali ob margines involutos notatum. Cfr. Fr. Top. — De Cand. Prodr. IV. p. 58.*

104. Chærophyllum *L.* Involucrum nullum. Involucellum 5-phyllum. Calyx obsoletus. Petala obovata. Fructus lineari-oblongus evittatus rostratus.

190. C. *silvestre L.* (W. Goth. n. 203) fructibus rostro quadruplo longioribus, geniculis villosis, foliis 3-pinnatis, foliolis ovatis inciso-pinnatifidis.

Hab. ad sepes, in pratis etc. frequenter. Maj. Jun. ♃.

191. C. *Cerefolium Crantz* (W. Goth. n. 204) fructibus rostro duplo longioribus, foliis 3-pinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis obtusis mucronatis.

C. sativum Wahlenb. Svec.

Scandix Cerefolium Linn. Svec.

Hab. circa Gothoburgum rarissime v. c. ad Lilla Lagklarebäck (Wahlb. l. c.) et inter urbem et Klippan. Maj. Jun. ⊙.

105. Conium *L.* Involucrum 5-phyllum. Involucellum 3-phyllum. Calyx obsoletus. Petala obcordata. Fructus ovato-compressus, evittatus, costis crenatis.

192. C. *maculatum L.* (W. Goth. n. 192) caule maculato glabro, foliis 3-pinnatis, foliolis lanceolatis pinnatifidis.

Hab. in ruderatis etc. In continente vix obvium (licet copiosum in par. Släp Hallandiæ borealis). In insula Vinga (Wahlb. l. c.) ceterasque per insulas non infrequens. Jul. Aug. ♃.

106. Torilis *Adans.* Involucrum et involucellum polyphylla. Calyx 5-dentatus. Petala obcordata. Fructus costis setosis, valleculis univittatis aculeatis.

193. T. *Anthriscus Gmel.* (W. Goth. n. 191) scabra, foliis bipinnatis, foliolis oblongis incisis.

Hab. in dumetis, ruderatis etc. passim. Jul. Aug. ⊙.

Trib. II. Orthospermæ. *Albumen intus planum aut planiusculum. Cfr. Fr. et De Cand. ll. cc.*

† Umbellis compositis seu perfectis; vittis variis, rarissime nullis.

107. Heracleum *L.* Involucrum caducum. Involucellum polyphyllum. Calyx 5-dentatus. Petala obcordata inæqualia. Fructus compressus, costis tribus dorsalibus, duobus lateralibus, valleculis univittatis.

194. H. *Sphondylium* L. (W. Goth. n. 197) scabrum, caule sulcato; foliis subhirsutis pinnatis, foliolis lobatis lobis dentatis.

Hab. ad sepes, agrorum margines etc. passim. Jun. Jul. ♃.

108. Selinum *L.* Involucrum et involucellum polyphylla. Calyx obsoletus. Petala obcordata. Fructus ellipticus, costis membranaceo-alatis valleculis univittatis.

195. S. *palustre L.* (W. Goth. n. 193) involucris persistentibus, foliis 3-pinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis mucronulatis.

Pevcedanum palustre Mönch. Hartm. Skand.

Hab. in paludibus passim copiose v. c. supra Stora Enggården etc. — Jun. Jul. ♃.

196. S. *Carvifolia L.* (W. Goth. n. 194) involucris deciduis, caule sulcato-alatô, foliis subtripinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis mucronatis.

Hab. in pratis inter frutices passim ut ad Lilla Lagklarebäck (Wahlb. l. c.), ad viam inter templum Frölunda et Ganled, ad Bildahl, in insula Hisingen prope Quillebäcken etc. Jul. Aug. ♃.

109. Angelica *L.* Involucrum oligophyllum. Involucellum polyphyllum. Calyx obsoletus. Petala lanceolato-ovalia acuminata. Fructus planiusculus costis membranaceo-alatis, vittatus.

197. A. *silvestris L.* (W. Goth. n. 195) caule sulcato superne albo-puberulo, foliis bipinnatis, foliolis ovatis acute l. mucronato-serratis.

Hab. in fossis viarum, pratis humidis etc. frequenter. Jul. Aug. ♃.

Singularis hujus forma obesa, crassa, maxime succosa, homine altior, foliis tripinnato-compositis eximie mucronato-serratis, in insulis Hallandiæ borealis olim nobis obviam venit. Hanc pro sequente habitam sæpe fuisse, in animo fere est credere, cum præcipue *A. litoralis* ut A. silvestris consideratur varietas.

198. A. *litoralis Fr.* (W. Goth. n. 196) caule subsulcato glabro, foliis bipinnatis, foliolis ovatis lobatis inæqualiter serratis, impari trilobo.

Hab. in insulis extra Gothoburgum non infrequenter ex. gr. in Vinga, Buskär, Danemarks Lilja, Hallenskär etc. Ceterum in Slottsskogen prope rivulum longe a mare remotum. Jun. ♃.

Herba obesa, tota, exceptis pedicellis umbellularum, glabra. Flores virides, in colorem flavum vergunt.

110. Ligusticum *L.* Involucrum et involucellum polyphylla. Calyx 5-dentatus. Petala obovata. Fructus oblongus, costis acutis, valleculis multivittatis.

199. L. ***scoticum L.*** (W. Goth. n. 198) caule striato, foliis subbiternatis, foliolis inæqualiter serratis.

Hab. in insulis extra Gothoburgum frequenter, ex. gr. in Vinga, Domsö, Hallenskär etc. Jul. Aug. ♃.

111. Æthusa *L.* Involucrum nullum. Involucellum 3-phyllum pendulum unilaterale. Calyx obsoletus. Petala obcordata. Fructus subglobosus, costis carinatis, valleculis univittatis.

200. Æ. ***Cynapium L.*** (W. Goth. n. 202) involucellis umbellulis longioribus, foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis.

Hab. in cultis frequentissime. Jun. — Sept. ⊙.

112. Phellandrium *L.* Involucrum nullum. Involucellum polyphyllum. Calyx persistens 5-dentatus. Petala obcordata. Fructus ovatus, valleculis univittatis.

201. P. ***aquaticum L.*** (W. Goth. n. 200) glabrum, umbellis lateralibus, caule divaricato-ramoso, foliis multopinnatis.

Oenanthe Phellandrium Linn. Hartm. Scand. Fr. Topogr.

Hab. in fluvio Göthaelf multis locis ex. gr. ad Quillebäcken in insula Hisingen, ad Gammelstadsholme etc. frequenter. Jul. Aug. ♃.

113. Cicuta *L.* Involucrum nullum. Involucellum polyphyllum. Calyx 5-dentatus. Petala obcordata. Fructus globosus, 5-costatus, valleculis univittatis.

202. C. ***virosa L.*** (W. Goth. n. 201) glabra, caule petiolisque leviter sulcatis fistulosis, foliis bipinnatis, foliolis lineari-lanceolatis serratis, extimis connatis.

Hab. cum priori eodem loco ac tempore. — ♃.

114. Sium *L.* Involucrum et involucellum polyphylla. Calyx 5-dentatus. Petala obcordata. Fructus ovatus, costis obtusatis, valleculis multivittatis.

203. S. *latifolium L.* (W. Goth. n. 199) glabrum, caule sulcato-angulato, foliis pinnatis, foliolis lanceolato-oblongis acute serratis.

β longifolium Fr. Hall. — Wahlb. Goth.

Hab. in fluvio Göthaelf cum prædentibus. *β* ad Quillebäcken, Nya Jernvågen etc. passim. Jul. Aug. ♃.

β cum *α* aperte confluit, et vix nisi foliis angustatis et maxime elongatis distincta, licet primo obtutu satis singularis; semina *S. latifolii.* Ad hanc certe referendum *S. longifolium Presl. Decand. Prod. IV. p. 124.*

115. Pimpinella *L.* Involucrum et involucellum nulla. Calyx obsoletus. Petala obcordata emarginata. Fructus ovatus costatus, valleculis multivittatis.

204. P. *Saxifraga L.* (W. Goth. n. 206) caule tereti striato, foliis pinnatis, foliolis ovatis obtusis serratis.

β dissecta foliolis incisis, divisis, laciniis sæpe linearibus.

γ nigra radice cæruleo-succosa.

Hab. in collibus etc. frequenter. *β* in par. Askim; *γ* in insula Styrsö (Wahlb. l. c.) Jul. Aug. ♃.

116. Carum *L.* Involucrum subnullum. Involucellum nullum. Calyx obsoletus. Petala obcordata. Fructus oblongus, quinquecostatus, valleculis univittatis.

205. C. *Carvi L.* (W. Goth. n. 205) glaberrima.

Hab. in pratis etc. frequenter. Maj. Jun. ☉.

117. Ægopodium *L.* Involucrum et involucellum nulla. Calyx obsoletus. Petala obcordata. Fructus ovatus, 5-costatus, evittatus.

206. *Æ. Podagraria L.* (W. Goth. n. 207) glabrum, foliis superioribus ternatis, radicalibus biternatis, foliolo intermedio trilobo.

Hab. in cultis passim. — Jun. Jul. ♃.

‡‡ Umbellis simplicibus aut imperfectis; vittis nullis.

118. Eryngium *L.* Umbellulæ capitatæ. Involucrum polyphyllum. Receptaculum conicum paleaceum. Calyx 5-partitus. Petala oblonga. Fructus calyce coronatus.

207. E. *maritimum L.* (W. Goth. n. 189) foliis radicalibus subreniformibus petiolatis caulinisque dentato-spinosis.

Hab. in litore marino par. Askim et in insula Vrångö (Wahlb. l. c.) Jun. Jul. ♃. Flores cærulei.

119. Hydrocotyle *L.* Calyx obsoletus. Petala ovata rectiuscula. Fructus complanatus.

208. H. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 190) foliis reniformibus peltatis crenatis.

Hab. ad Ganled (Wahlb. l. c.); in insula Hisingen passim. (In Skaftö Bahusiæ copiose). Jul. Aug. ♃.

CLASSIS V. BASIFLORÆ.

Stamina amphigyna h. e. basi fructus, nec toro, inserta, petalis opposita l. indefinita. Petala libera, unguiculata cum staminibus inserta. Sepala et inter se et a toro discreta. Torus a basi fructus articulo discretus, non disciformis. Fructus semper superus. — *Fr. l. c. p. 59.*

FAM. XX. BERBERIDEÆ Juss.

Sepala 6 l. 4, petaloidea, decidua. Petala et stamina totidem, opposita, libera. Antherarum loculi a basi ad apicem valvula elastica dehiscentes. Stigma simplex orbiculatum. Fructus, aliorum defectu, ut e situ obliquo patet, solitarius, baccatus l. siliquosus, unilocularis, placenta ad latus l. suturam, seminibus paucis. Albumen carnosum, embryone axili. *Frutices l. herbæ; folia exstipulata, plerumque composita l., ut in nostra, in spinas compositas mutata. Flores subracemosi.* — *Fr. l. c.*

120. Berberis *L.* Calyx 6-sepalus. Petala 6. Bacca 2-3-sperma.

209. B. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 240) racemis pendulis, foliis obovatis ciliato-serratis.

Hab. in dumetis ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.); in Rosenlund etc. passim. Jun. — Frutex.

FAM. XXI. CRUCIFERÆ Juss.

Sepala et petala 4, cruciatim opposita, sed inter se alterna. Stamina 6, duo exterioris seriei breviora. Stylus simplex aut o, stigmatibus 2, plerumque connatis. Fructus, e 1-2 ovariis connatis, siliqua; typice bivalvis, bilocularis, placentis dissepimenti marginibus adnatis. Semina pendula, albumine nullo, sed embryone oleoso. *Herbæ, raro suffrutices, caule tereti, contiguo, foliis exstipulatis sparsis, floribus corymboso-racemosis. Fr. l. c. p. 60.*

TRIB. I. SILIQUOSÆ.

† Siliquis indehiscentibus oligospermis.

121. Cakile *Scop.* Calyx basi gibbosus. Siliqua biarticulata, semine articuli superioris ensiformis erecto, inferioris pendulo. Cotyledones accumbentes.

210. C. *maritima Scop.* (W. Goth. n. 432) foliis pinnatifidis glabris.

Hab. in litore marino insularum v. c. Vinga, Domsö, Hallenskär, Öckerö etc. frequenter. Jun. Aug. ⊙. Flores purpurascentes.

122. Crambe *L.* Calyx patens. Siliqua biarticulata, articulo superiore subgloboso monospermo, inferiori sterili. Cotyledones conduplicatæ.

211. C. *maritima L.* (W. Goth. n. 431) glabra, caule foliisque sinuatis dentatis glaucis.

Hab. in insulis extra Gothoburgum ex. gr. Vinga, Domsö, Buskär, Hallenskär etc. non infrequens. Jun. Jul. ♃. Flores albi.

123. Raphanus *L.* Calyx basi bigibbosus. Siliqua rostrata, evalvis, articulata, articulis monospermis. Semina globosa pendula. Cotyledones conduplicatæ. — *Flores lutei.*

212. R. *Raphanistrum L.* (W. Goth. n. 433) foliis lyratis scabris.

Hab. in agris passim. Jun. Jul. ⊙.

†† Siliquis dehiscentibus polyspermis.

124. Brassica *L.* Calyx clausus. Siliqua teretiuscula. Semina uniserialia. Cotyledones conduplicatæ. — *Sapor mitis, flores lutei.*

213. B. *campestris L.* (W. Goth. n. 434) glabra, foliis subcordato-amplexicaulibus glaucis.

Hab. in agris passim frequenter. Jun. Jul. ⊙.

125. Sinapis *L.* Calyx patens. Siliqua teretiuscula torulosa. Semina uniserialia. Cotyledones conduplicatæ. — *Sapor acris, flores lutei.*

214. S. *arvensis L.* (W. Goth. n. 435) siliquis multangulis, foliis sublyratis pilosis.

Hab. in agris pro more frequentissime. — Jun. Jul. ⊙.

215. S. *nigra L.* siliquis tetragonis, foliis superioribus linearibus integerrimis, inferioribus lyratis.

Hab. in cultis passim. Jun. — Aug. ⊙.

126. Erysimum *L.* Calyx clausus. Siliqua elongata tetragona. Semina uniserialia ovata aut subcylindrica. Cotyledones incumbentes. — *Flores lutei aut albi.*

216. E. *cheiranthoides L.* (W. Goth. n. 439) siliquis pedicello duplo longioribus, foliis lanceolatis denticulatis scabriusculis.

Hab. inter segetes passim. Jun. — Aug. ⊙.

217. E. *hieracifolium L.* (W. Goth. n. 440) siliquis pedicello quadruplo longioribus, foliis lanceolatis remote serratis scabris.

Hab. in insulis Fillskär, Buskär etc. Jun. Jul. ☽. Caulis variat simplex aut ramosus. *Cfr. Wahlb. Goth.*

218. E. *Alliaria L.* (W. Goth. n. 436) foliis cordatis petiolatis crenatis.

Hab. in nemorosis passim ex. gr. in insula Grötö et ad Gunnebo (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen etc. Maj. Jun. ☽. — Flores albi; odor Allii. — *Sisymbrium Fries Topogr. Scan.*

127. Sisymbrium *L.* Calyx subpatens. Siliqua teretiuscula. Semina ovata aut oblonga uniserialia. Cotyledones incumbentes. — *Flores lutei.*

219. S. *officinale Scop.* siliquis adpressis foliisque runcinatis pubescentibus.

Erysimum officinale Linn. Wahlb. Goth. n. 437.

Hab. in ruderatis frequentissime. Jun. Aug. ⊙. —

220. S. *Sophia L.* (W. Goth. n. 446) siliquis erectis glabris, foliis bipinnato-dissectis pubescentibus.

Hab. in cultis etc. frequenter. Jun. Jul. ⊙.

128. Arabis *L.* Calyx erectus. Siliqua linearis, valvulis uninerviis. Semina uniserialia. Cotyledones accumbentes. — *Flores albi.*

221. A. *Thaliana L.* (W. Goth. n. 442) caule ramoso, foliis sessilibus oblongis, radicalibus subovatis.

Hab. in montosis, frequenter. — Maj. Jun. ⊙.

129. Cardamine *L.* Calyx subpatens. Siliqua linearis, valvulis enerviis elastice dehiscentibus. Semina ovata uniserialia. Cotyledones accumbentes. — *Flores albi.*

222. C. *amara L.* (W. Goth. n. 444) caule radicante glabro, foliis pinnatis, foliolis superioribus ellipticis repando-dentatis, inferioribus subrotundis.

Hab. in umbrosis prope rivulos ex. gr. ad Lagklarebäck, in Slottsskogen etc. passim. Maj. Jun. ♃.

Nostra forma glabra et omnino *C. amara L. Hartm. Skand.*, nec *C. silvatica Link. Hartm. l. c.*; forma pubescens circa Gothoburgum non observata. Utraque in Scania mihi obvia.

223. C. *pratensis L.* (W. Goth. n. 445) foliis pinnatis, foliolis caulinis linearibus integris, radicalibus subrotundis.

Hab. in pratis uliginosis frequenter. Maj. Jun. ♃.

224. C. *hirsuta L.* (W. Goth. n. 443) α *campestris Fr. Nov.* glabra, siliquis erectis, floribus tetrandris, foliis pinnatis, foliolis caulinis lanceolatis, radicalibus subrotundis.

Hab. in Slottsskogen prope Trädgården, et in insulis Tornö et Varö (Wahlb. l. c.) — Maj. ♃.

225. C. *impatiens L.* foliis pinnatis, foliolis oblongis incisis, stipulis ciliatis.

Hab. in fissuris rupium umbrosarum in Slottsskogen prope Trädgården cum præcedente. Maj. Jun. ♃.

130. Turritis *L.* Calyx laxus. Siliqua elongata anceps, valvulis compressis nervosis. Semina biserialia. Cotyledones accumbentes. — *Flores albi.*

226. T. *glabra L.* (W. Goth. n. 441) foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus sinuato-dentatis.

Hab. in dumetis passim. Jun. ☽.

131. Barbaræa *De Cand.* Calyx erectus. Siliqua tetragono-anceps valvulis concavo-carinatis. Semina uniserialia. Cotyledones accumbentes. *Flores flavi.*

227. B. *stricta Fr. (Top. Scan.)* siliquis strictis adpressis, foliis superioribus subovatis crenatis, inferioribus sublyratis lobo terminali subrotundo.

B. parviflora Fr. Nov. ed. 2. p. 207.

B. vulgaris β Hartm. Skand.

B. vulgaris α Wahlenb. Svec.

Erysimum Barbaræa Wahlb. Goth. n. 438.

Hab. ad ripas fluvii Göthaelf, amnium Lilla et Stora Säveån; ceterumque ad omnes fere rivulos in nostra regione frequenter. Maj. Jun. ☽.

Forma omnium certe maxime notabilis, per Hallandiam, Bahusiam Vestrogothiamque sæpe mihi obvia. — *E. Barbaræa Linn. Vestgöth. Res.* ad hanc potius ducerem.

228. B. *præcox De Cand.* siliquis patentibus, foliis superioribus lyrato-pinnatifidis, inferioribus lyratis lobo terminali ovato.

Hab. in cultis passim v. c. ad Gunnebo et in hortis prope urbem. Maj. Jun. ☽.

Folia inferiora, ipsa florente planta, flavescunt et cadunt, scilicet hortensibus magisve pinguibus locis crescente, at non tam aperte in ea, quæ locis crescit silvestribus, ex. gr. ad viam inter Lund et Upåkra Scaniæ, quæ mihi saltim, foliis superioribus sæpe indivisis, *B. vulgari* videtur proprior quam Gothoburgensis.

132. Nasturtium *Br.* Calyx patens. Siliqua teretiuscula, valvulis ecarinatis concavis enervibus turgidis. Semina biserialia. Cotyledones accumbentes. *Flores flavi.*

229. N. *palustre De Cand.* petalis calycem æquantibus, foliis pinnatifidis, auriculis ciliatis.

Sisymbrium palustre Roth. Wahlb. Goth. n. 447.

Hab. ad ripas, in fossis etc. passim. Jun. ⊙.

230. N. *silvestre Br.* petalis calycem superantibus, foliis pinnatis, pinnis lanceolatis serratis.

Hab. ad ripam amnis Mölndalsån prope Fattighusen *(Prof. Wahlberg)*. Jun. ♃.

Trib. II. Siliculosæ.

✝ Siliculis indehiscentibus, monospermis.

133. Neslia *Desv.* Calyx patens. Silicula globosa, septo tenui evanido. Cotyledones incumbentes. *Flores flavi.*

231. N. *paniculata Desv.* siliculis rugulosis, foliis oblongo-lanceolatis basi hastato-amplexicaulibus dentatis.

Myagrum paniculatum Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in agris par. Askim rarissime. Jul. ⊙.

✝✝ Siliculis dehiscentibus, bilocularibus, dissepimento lato valvulis paralello.

134. Camelina *Crantz.* Silicula obovata, valvis ventricosis, loculis polyspermis. Cotyledones incumbentes. *Flores flavi.*

232. C. *sativa Crantz* (W. Goth. n. 427) siliculis pyriformibus, foliis lanceolatis subintegerrimis aut repandis basi hastatis.

Myagrum sativum Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. inter Linum passim. Jun. Jul. ⊙.

135. Draba *L.* Calyx suberectus. Silicula ovalis compressa. Semina biseriata. Cotyledones accumbentes. *Flores albi.*

233. D. *verna L.* (W. Goth. n. 422) petalis bipartitis, scapo nudo, foliis radicalibus oblongis hirtis.

Hab. in pratis pascuisque sterilibus. Apr. Maj. ⊙.

136. Subularia *L.* Calyx suberectus. Silicula ovalis compressa, valvulis ventricosis, loculis polyspermis. Cotyledones incumbentes. *Flores albi.*

234. S. *aquatica L.* (W. Goth. n. 421) pusilla, scapo flexuoso, foliis subulatis.

Hab. in fossis locisque inundatis peninsulæ Gamlestadsholme. Jun. Jul. ⊙.

137. Cochlearia *L.* Silicula subglobosa, valvulis ventricosis, loculis polyspermis. Cotyledones accumbentes. *Flores albi.*

235. C. *officinalis L.* (W. Goth. n. 430) foliis caulinis sessilibus oblongis subsinuatis, radicalibus longe petiolatis cordato-subreniformibus.

Hab. inter rupes plurimarum insularum extra Gothoburgum. Maj. — Jul. ☽.

236. C. *danica L.* (W. Goth. n. 429) foliis omnibus subhastatis petiolatis.

Hab. in litore arenoso insulæ Styrsö (Wahlb. l. c.) Maj. Jun. ⊙.

††† Siliculis dehiscentibus bilocularibus dissepimento angusto transversali.

138. Lepidium *L.* Silicula ovalis depressa, valvulis carinatis, loculis monospermis. Cotyledones incumbentes. — *Flores albi.*

237. L. *ruderale L.* (W. Goth. n. 425) foliis superioribus linearibus integerrimis, inferioribus pinnatifidis.

Hab. in ruderatis frequenter. — Jun. Jul. ⊙.

139. Capsella. Silicula triangularis complanata apice truncata, loculis polyspermis. Cotyledones incumbentes. — *Flores albi.*

238. C. *Bursa pastoris De Cand.* foliis runcinato-pinnatifidis.

Thlaspi Bursa pastoris L. Wahlb. Goth. n. 424.

Hab. in ruderatis etc. frequentissime. Maj. — Sept. ⊙.

140. Thlaspi *L.* Silicula orbicularis apice emarginata, compressa, valvis alatis, loculis polyspermis. Cotyledones accumbentes. — *Flores albi.*

239. T. *arvense L.* (W. Goth. n. 423) foliis oblongis sagittatis dentatis.

Hab. in agris frequenter. Jun. Jul. ⊙.

141. Teesdalia *Br.* Silicula depressa ovalis apice emarginata, loculis bispermis. Cotyledones accumbentes. *Flores albi.*

240. T. *nudicaulis Brown.* scapo subnudo, foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis.

Iberis nudicaulis Linn. Wahlb. Goth. n. 426.

Hab. in montibus fere ubique. Maj. Jun. ⊙.

FAM. XXII. PAPAVERACEÆ Juss.

Sepala 2, decidua. Petala 4, (aut duplicatis seriebus 8, 12 in exoticis), cruciatim opposita. Stamina 4 l. pluriserialia l. indefinita, germinis basi inserta. Stylus 1 l. o., stigmatibus 2 l. pluribus in disco radiantibus. Fructus e duobus pluribusve connatis siliquosus l. capsularis, placentis intervalvularibus, dissepimentis tenuissimis l. incompletis. Semina horizontalia, albumine carnoso, cotyledonibus liberis foliaceis. *Herbæ foliis alternis exstipulatis, sæpius dissectis. Fr. l. c. p. 68.*

Trib. I. Fumarieæ. *Petala inæqualia. Stamina 4, uniserialia.*

142. Fumaria *L.* Calyx disepalus. Petala 4, unicum calcaratum. Silicula subglobosa indehiscens monosperma.

241. F. *officinalis L.* (W. Goth. n. 462) siliculis retusis, foliolis linearibus obtusis.

Hab. in agris passim frequenter. Jun. — Aug. ⊙. — Flores purpurascentes.

143. Corydalis *Pers.* Calyx disepalus. Petala 4, unicum calcaratum. Siliqua bivalvis polysperma. *Fumaria Linn.*

242. C. *bulbosa Dec. β fabacea* bracteis ovatis integerrimis, foliis biternatis, foliolis obtusis, radice bulbosa solida.

C. fabacea Pers. Wahlb. Goth. n. 463.

Hab. in nemoribus ad Liseberg et Lunnagården (Wahlb. l. c.), in Slottsskogen multis locis. Apr. Maj. ♃.

Trib. II. Papavereæ. *Petala æqualia. Stamina pluriserialia 8-24 l. indefinita.*

144. Papaver *L.* Calyx disepalus. Petala 4. Capsula poris sub stigmatibus dehiscens.

243. P. *Argemone L.* capsulis clavatis hispidis.

Hab. in insula Mansholmen prope Warholmen, in agris in par. Askim etc. rarius. Jun. Jul. ⊙. — Flores coccinei.

244. P. *dubium L.* capsulis oblongis glabris.

Hab. cum priori eisdem locis ac tempore. — Flores coccinei.

Vix ad nostram pertinent floram. Utrumque tutius forsan esset excludendum.

145. Chelidonium *L.* Calyx disepalus. Petala 4. Capsula siliquæformis bivalvis, unilocularis.

245. C. *majus L.* (W. Goth. n. 363) croceo-lactescens, pedunculis umbellatis, foliolis ovalibus lobatis crenatis. Hab. ad Råda (Wahlb. l. c.); in Rosenlund etc. parce. Maj. — Jul. ♃.

FAM. XXIII. NYMPHÆACEÆ De Cand.

Sepala 4, raro 5, 6, persistentia. Petala multiserialia, indefinita, haud unguiculata cum staminibus multiserialibus contigua et germinis basi inserta. Filamenta plana, antheris introrsis. Styli tot quot ovaria, plerisquè liberi, sed in nostris in discum umbilicatum radiantes (ut in Papavere). Ovaria plura discreta, (in Nelumboneis et Cabombeis omnino libera, sed) in nostris pericarpio cum pulpa gelatinosa inclusa hinc germen 1, sed ovaria plura. Semina pendula. Albumen farinaceum. Cotyledones 2 foliaceæ, sed primo sacculo proprio vaginatæ. *Herbæ aquaticæ, rhizomate valido, foliis amplis floribusque longissime pedunculatis natantibus. — Fr. l. c. p. 70.*

146. Nymphæa *L.* Calyx 4-5-sepalus. Petala multiserialia. Capsula polysperma indehiscens (Bacca).

246. N. *lutea L.* (W. Goth. n. 366) stigmate integerrimo, calyce 4-sepalo, foliis cordatis integerrimis.

Hab. in fluvio Göthaelf, Lilla et Stora Säveån, in fossis mœnium Gothoburgens. etc. frequenter. Jun. Jul. ♃. — Flores lutei.

247. N. *alba L.* (W. Goth. n. 367) stigmate lobato, calyce 5-sepalo, foliis cordatis integerrimis.

Hab. cum priori eisdem locis ac tempore. — Flores nivei.

FAM. XXIV. RANUNCULACEÆ Juss.

Sepala et petala libera numero varia, utraque sæpe corollina et e situ tantum discernenda cum staminibus multiserialibus indefinitis receptaculi basi inserta. Styli tot quot ovaria discreta, stigmatibus simplicibus. Fructus plures, capsulares, semper inter se discreti, rarissime, ut e situ obliquo facile patet, defectu unicus l. baccatus. Albumen corneum ad basin embryonem minutam fovens. Cotyledones foliaceæ, absque vagina. — *Nostræ herbæ acres, subvenenatæ, foliis alternis petiolis basi dilatatis amplexicaulibus. Fr. l. c. p. 70.*

Trib. I. Pæonieæ. *Antheræ introrsæ.*

147. Actæa *L.* Calyx 4-sepalus deciduus. Petala quattuor. Bacca unilocularis polysperma, seminibus biserialibus.

248. A. *spicata L.* racemo ovato, baccis subglobosis, foliis 2-3-ternatis.

Hab. ad rupes locis umbrosis passim ex. gr. ad Gunnebo; in Slottskogen supra Trädgården. Ad radicem montis Gärdsåsberget prope Utby *(Prof. Wahlberg).* Maj. Jun. ♃. — Flores albi, baccæ nigræ.

Trib. II. Ranunculeæ. *Antheræ extrorsæ. Fructus monospermi, indehiscentes.*

148. Thalictrum *L.* Perianthium 4-phyllum corollinum caducum. Carpella longitudinaliter striato-sulcata.

249. T. *flavum L.* (W. Goth. n. 370) floribus cymosis, foliis bipinnatis, foliolis obovatis 3-fidis, caule sulcato.

Hab. in prato ad templum Askim (Wahlb. l. c.); prope Gothoburgum rarius, sed in insula Hönö passim. Jun. Jul. ♃.

149. Pulsatilla *Willd.* Perianthium 6-phyllum corollinum. Carpella longe plumoso-caudata.

250. P. *vulgaris Willd.* involucro multipartito piloso, foliis bipinnatifidis.

Anemone Pulsatilla L. — Wahlb. Goth. n. 372.

Hab. in campis collibusque apricis sterilibus ex. gr. ad viam inter templum Frölunda et Hylte; ad Lagklarebäck et in Ramberget insulæ Hisingen. Maj. Jun. ♃. — Flos violaceus.

150. Anemone *L.* Perianthium 5-10-phyllum corollinum. Carpella ecaudata.

251. A. *Hepatica L.* (W. Goth. n. 371) involucro 3-phyllo flori approximato calyciformi, foliis trilobis.

Hab. in nemoribus frequenter. April. Maj. ♃. — Flos cæruleus.

252. A. *nemorosa L.* (W. Goth. n. 373) involucri 3-phylli a flore remoti foliolis folio solitario radicali conformibus.

Hab. in nemoribus ubique. Apr. Maj. ♃. — Flos lacteus, extus interdum roseus.

151. Ranunculus *L.* Calyx 3-5-sepalus. Petala 5-10, in ungue foveala nectarifera. Carpella in receptaculo rotundato. — *Flores aurei*, in ultima specie *albi*.

253. R. *Ficaria L.* calyce 3-sepalo, foliis subcordatis, radice tuberculosa.

Ficaria ranunculoides Dec. Wahlb. Goth. n. 374.

Hab. in nemoribus ubique frequenter. Apr. Maj. ♃.

254. R. *Lingva L.* caule erecto, foliis ensiformibus.

Hab. in paludibus ex. gr. ad Stora Enggården (Wahlb. l. c.); in amni prope Kärra frequentior. — Jun. Jul. ♃.

255. R. *Flammula L.* (W. Goth. n. 376) foliis caulinis sublinearibus, radicalibus ovato-lanceolatis, caule declinato radicante.

β reptans foliis linearibus aut filiformibus.
R. reptans Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in pratis paludosis etc. frequenter; *β* ad lacum Stensjön. — Jun. Jul. ♃.

256. R. *auricomus L.* (W. Goth. n. 378) glaber, foliis caulinis digitatis, radicalibus reniformibus incisis 3-partitisve.

Hab. in pratis frequenter. Jun. Jul. ♃.

257. R. *acris L.* (W. Goth. n. 379) pedunculis lævibus, caule inferne glabro, foliis caulinis 3-partitis linearibus, radicalibus 5-partitis.

Hab. in pratis etc. passim. Maj. — Jul. ♃.

258. R. *polyanthemos L.* (W. Goth. n. 380) pedunculis sulcatis, caule inferne hirsuto, foliis caulinis 3-partitis, radicalibus 5-partitis.

Hab. in pratis, rarior. Jun. Jul. ♃.

259. R. *bulbosus L.* (W. Goth. n. 381) pedunculis sulcatis, calyce reflexo, caule inferne piloso, foliis caulinis 3-partitis, radicalibus ternatis, radice bulbiformi.

Hab. in collibus pratisque elatis passim. Maj. Jul. ♃.

260. R. *repens L.* (W. Goth. n. 382) pedunculis sulcatis, caule repente, foliis ternatis, foliolis 3-partitis incisis.

Hab. in uliginosis passim. Jun. Jul. ♃.

261. R. *sceleratus L.* (W. Goth. n. 377) glaberrimus, pedunculis sulcatis, petalis calyce submajoribus, caule erecto, foliis superioribus digitatis, inferioribus palmatis, radice fibrosa.

Hab. in aquosis passim ex. gr. in Rosenlund, ad Ganled, inter templum Frölunda et Hylte, in insula Grötö etc. frequenter. Jun. — Aug. ⊙.

262. R. *aquatilis L.* (W. Goth. n. 383) foliis submersis capillaceis, emersis peltatis incisis.

Hab. in amnibus rivulisque frequenter. Maj. — Jul. ♃. Flores albi. De varietatibus cfr. *Wahlb. l. c.*

152. Myosurus *L.* Calyx 5-sepalus. Petala 5 in ungue foveola nectarifera. Carpella in receptaculo elongato columnari.

263. M. *minimus L.* (W. Goth. n. 384) foliis linearibus scapum subæquantibus.

Hab. in agris rarior. Maj. Jun. ⊙.

Trib. III. Helleboreæ. *Antheræ extrorsæ. Fructus polyspermi, sutura longitudinali dehiscentes.*

153. Caltha *L.* Perianthium 5-phyllum corollinum. Petala nulla. Capsulæ compressæ uniloculares.

264. C. *palustris L.* (W. Goth. n. 386) foliis cordatis crenatis.

Hab. in pratis paludosis frequenter. Maj. ♃. Flores lutei valde spectabiles.

154. Trollius *L.* Calyx 5-15-sepalus corollinus. Petala minima 6-10 unilabiata nectarifera. Capsulæ subcylindraceæ.

265. T. *europæus L.* (W. Goth. n. 385) sepalis conniventibus, petalis stamina æquantibus.

Hab. in nemoribus passim ex. gr. ad templum Kållered (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen passim, sed copiosius in insula Hisingen. Jun. ♃. — Flores flavi.

155. Aquilegia *L.* Calyx 5-sepalus coloratus. Petala 5 in calcaria producta. Capsulæ quinque erectæ.

266. A. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 369) calcaribus incurvis, foliis glabriusculis.

Hab. "in pascuis silvaticis ex. gr. Lagklarebäcks Oxhage, rarius" (Wahlb. l. c.). — (In insula Mjörn copiose et, ut videtur, omnino indigena). — Jun. Jul. ♃.

FAM. XXV. BALSAMINEÆ Rich.

Sepala 2, decidua. Petala 4; 2 exteriora, quorum superius fornicatum emarginatum, inferius integrum calcaratum; 2 interiora æqualia subbifida. Stamina 5, filamentis apice conjunctis. Stylus nullus, stigmata 5. Fructus capsularis, elastice quinquevalvis, placenta centrali demum libera, seminibus pendulis. Albumen nullum. ***Herbæ succo aqueo, foliis simplicibus exstipulatis. Fr. l. c. p. 75.***

156. Impatiens *L.* Cfr. Char. familiæ supra.

267. I. *noli tangere L.* (W. Goth. n. 164) caulis geniculis tumentibus, foliis ovatis dentatis.

Hab. in umbrosis ad rivulos passim v. c. ad Lagklarebäck et ad templum Örgryte; ad Lerje etc. passim. Jul. Aug. ⊙. — Flores penduli flavi.

CLASSIS VI. COLUMNIFLORÆ.

Stamina inserta toro, haud disciformi, a calyce discreto. Perianthium utrumque perfectum; sepalis plus minus conjunctis, herbaceis, basi saltim persistentibus, petalis numero æqualibus alternantibus. Fructus liber. ***Fr. l. c. p. 75.***

FAM. XXVI. CISTINEÆ Juss.

Sepala 5, inæqualia, æstivatione imbricata subtorta. Petala 5; late unguiculata, per æstivationem

normaliter contorta cum staminibus hypogyna s. a germinis basi libera. Stylus 1, stigmate simplice. Germen simplex, sed e tot ovariis (3 l. 5) connatum, quot placentæ nerviformes lineares valvulis adnatæ. Fructus capsularis, ab apice dehiscens, seminibus indefinitis, obliquis, albuminosis. *Herbæ aut frutices, foliis petiolatis simplicibus substipulatis eglandulosis. Fr. l. c. p. 76.*

157. Viola *L.* Calyx 5-sepalus. Petala 5 inæqualia, infimum calcaratum. Antheræ conniventes. Capsula 3-valvis polysperma.

268. V. *palustris L.* (W. Goth. n. 161) acaulis, glabra, foliis cordato-reniformibus.

Hab. in uliginosis montium frequenter. Maj. Jun. ♃.

269. V. *odorata L.* acaulis, stolonifera, foliis cordatis glabriusculis.

Hab. in umbrosis ad Catrinelund; in nemoribus ad Jonsered *(Prof. Wahlberg)*. Maj. ♃. Flores violacei.

270. V. *mirabilis L.* floribus caulinis apetalis fructiferis, radicalibus sterilibus, caule triquetro, foliis cordato-reniformibus.

Hab. in umbrosis prope Trädgården in Slottsskogen, rarior. Maj. ♃.

271. V. *canina L.* (W. Goth. n. 162) sepalis acutis, caule adscendente angulato, foliis cordato-oblongis, cordatis aut reniformi-cordatis crenatis, stipulis laceris.

α *silvatica Fr.* calcare integerrimo, foliis profunde cordatis supra hispidulis, stipulis scariosis.

Reichenb. Ic. Bot. f. 200.

β *Riviniana* calcare emarginato, foliis latioribus subreniformibus.

V. Riviniana Reichenb. l. c. f. 202.

γ *montana* foliis cordato-oblongis.

V. montana L. Wahl. Svec. Reichenb. l. c. f. 207.

Hab. α et β in nemoribus frequentes. γ in Slottsskogen passim. — Maj. ♃. — De α et β ut varietatibus nullum dubium. γ certe est *V. montana Wahlenb. Flor.* secundum et figuras et specimina Lapponica, a quibus foliis etiam interdum angustioribus recedere vidimus.

272. V. *tricolor L.* (W. Goth. n. 163) petalis calyce longioribus, foliis oblongis crenatis, stipulis pinnatifidis.

β arvensis corolla calycem æquante bicolore.

Hab. in montosis frequenter. *β* in agris passim. Maj. Sept. ☉.

FAM. XXVII. HYPERICINEÆ Juss.

Sepala 5, æqualia, æstivantia imbricata, basi subcontigua. Petala totidem basi attenuata, per æstivationem contorta cum staminibus (haud monadelphis) vere hypogyna et ab his discreta. Stigmata cum stylis libera tot quot ovaria (3 l. 5) connata. Fructus (nostris) capsularis, raro unilocularis, sæpissime e valvularum marginibus introflexis 3 l. 5-locularis. Placentæ parietales, valvulis haud inflexis axi, eisdem magis involutis marginibus valvularum adnatæ. Semina indefinita; embryo rectus, radicula hilum spectante. *Herbæ, exoticæ simul fruticosæ, foliis simplicibus, exstipulatis, glandulosis, glandulis nunc stipitatis* (Drosera), *nunc immersis*, puncta pellucida *referentibus* (Hypericum). — *Fr. l. c. p. 79.*

158. Drosera *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5. Stamina 5. Capsula 3-5-valvis polysperma. — *Flores albi.*

273. D. *rotundifolia L.* (W. Goth. n. 215) scapo erecto racemoso, foliis orbiculatis.

Hab. in paludibus frequenter. — Jul. ♃.

274. D. *intermedia Hayne* (W. Goth. n. 216) scapo folia spathulata subæquante.

D. longifolia L. — Wahlenb. Svec. α.

Hab. in paludibus passim v. c. in Lagklarebäcksmåsse; ad templum Åskim etc. Jul. ♃.

159. Parnassia *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5. Nectaria 5 radiata, radiis capitellatis. Stamina 5. Capsula 4-valvis.

275. P. *palustris L.* (W. Goth. n. 210) foliis cordatis, caulino amplexicauli, radicalibus petiolatis.

Hab. in pratis uliginosis passim v. c. ad Lunnagården (Wahlb. l. c.); ad templum Frölunda. Jul. Aug. ♃.

160. Hypericum *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5. Stamina polyadelpha. Capsula 3-locularis.

276. H. *quadrangulum L.* (W. Goth. n. 494); laciniis calycis ovato-lanceolatis, caule quadrangulo, foliis ovalibus obtusis.

Hab. in pratis silvaticis passim. Jul. Aug. ♃.

277. H. *perforatum L.* (W. Goth. n. 493) laciniis calycis lanceolatis, caule ancipiti, foliis oblongis obtusis pellucido-punctatis.

Hab. in montosis frequenter. Jul. Aug. ♃.

278. H. *montanum L.* (W. Goth. n. 495) calycibus serrato-glandulosis, caule tereti, foliis oblongis amplexicaulibus.

Hab. "in monte Börjesfjäll prope Lagklarebäck et inter Kållered et diversorium Kärra" (Wahlb. l. c.). Jul. Aug. ♃.

FAM. XXVIII. TILIACEÆ Juss.

Calyx plus minus partitus, per æstivationem valvatus, deciduus cum pedunculo basi articulato contiguus. Petala libera, unguiculata, per æstivationem valvata, cum staminibus subliberis indefinitis hypogyna. Stylus 1, sed stigmata tot quot ovaria connata. Fructus multilocularis, in angulo locorum centrali semina plura gerens. Albumen carnosum. ***Arbores l. frutices, foliis simplicibus, stipulis liberis. — Fr. l. c. p. 80.***

161. Tilia *L.* Calyx 5-partitus deciduus. Petala 5. Capsula 4-5-locularis, loculo uno alterove seminifero monospermo.

279. T. *europæa L.* α *borealis Wahlenb.* foliis cordatis subtus axillis venarum villosis, petiolis folio dimidio longioribus.

T. parvifolia Ehrh. Hartm. Skand.

T. europæa L. Wahlb. Goth. n. 368.

β *T. vulgaris Hayne* foliis cordatis subtus axillis venarum villosis, petiolis folio dimidio brevioribus.

Hab. α in silvaticis v. c. ad Bildahl. β. passim culta. Jul. —

FAM. XXIX. MALVACEÆ Juss.

Calyx 5-fidus, per æstivationem valvatus, persistens, sæpe bracteis calyculatus, toro columnari. Petala 5 obcordato-cuneiformia, mediante staminum tubo ima basi cohærentia, torum arcte amplectentia, vix adnata, æstivatione spiraliter contorta. Stamina hypogyna, indefinita, monadelpha, *antheris unilocularibus.* Pollinis granula hispida. Styli et stigmata plurima. Fructus plurimi, circa axin tori plerumque verticillati et stipati, maturi vero discreti, in angulo centrali semina solitaria l. plura enitentia. Albumen nullum. *Arbores vel, ut nostræ, herbæ mucilaginosæ, foliis sæpe palmato-lobatis, stipulis liberis. — Fr. l. c. p. 81.*

162. Malva *L.* Cfr. char. Fam. supra.

280. M. *rotundifolia L.* (W. Goth. n. 459) prostrata, fructibus marginatis, petalis calycem æquantibus, foliis suborbiculatis crenatis.

Hab. ad pagos, fimeta etc. passim. Jul. Aug. ⊙. Flores albi.

281. M. *vulgaris Fr.* prostrata, fructibus immarginatis, petalis calyce duplo majoribus, foliis subquinquelobis.

M. borealis Wallm. W. Goth. n. 458.

M. rotundifolia β Wahlenb. Svec.

Hab. cum præcedente passim ex. gr. ad templum Frölunda etc. Jul. Aug. ⊙. Flores violacei albescentes.

282. M. *silvestris L.* (W. Goth. n. 460) suberecta, fructibus rugosis, petalis calyce multo longioribus, foliis tri-septem-lobis.

Hab. ad Gothoburgum vix nisi sporadice. Inter Klippan et Masthugget (Wahlb. l. c.); variis locis in Slottsskogen et par. Frölunda duodecim abhinc annis legimus. Deinde ibi vix reperta, sed copiose in insula Grötö. Jul. Aug. ♃. Flores purpurei violaceo-striati.

FAM. XXX. GRUINALES L.

Sepala 5, raro 4, persistentia, per æstivationem imbricata. Petala totidem, unguiculata, dis-

creta, sepalis alterna, æstivatione spiraliter contorto-convoluta, facile decidua. Stamina basi ima annulo conjuncta, leviter monadelpha, definita, alterna, sed sæpius biserialia, interiora petalis opposita. Stigmata tot quot ovaria, stylis plus minus distinctis. Antheræ biloculares. Fructus 5, circa centrum nunc distincti, nunc in capsulam connati, maturi vero secedentes. Semina solitaria aut definita, angulo centrali affixa. Albumen nullum (except. Oxalid.). *Herbæ*, exoticæ simul fruticosæ, *succo aquoso, foliis variæ; perfectiores stipulatæ. — Fr. l. c. p. 82.*

163. Erodium *L'Her.* Sepala 5. Petala 5. Stamina 10, 5 antherifera, 5 sterilia, ad quorum basin glandulæ 5. Carpella 5, caudis demum spiraliter tortis.

283. E. *cicutarium L'H.* pedunculis multifloris, foliis pinnatis.

Geran. cicutarium Linn. Wahlb. Goth. n. 457.

Hab. in cultis etc. frequenter. — Maj. — Sept. ⨀.

164. Geranium *L.* Sepala 5. Petala 5. Stamina 10 fertilia, quorum quinque majorum ad basin glandulæ 5. Carpella 5, caudis circinnatim revolutis.

* *pedunculis unifloris.*

284. G. *sangvineum L.* (W. Goth. n. 448) foliis orbiculatis quinquepartitis trifidis.

Hab. in montosis passim frequenter. Jun. Jul. ♃. Planta interdum sangvinei coloris, flores purpurei.

** *pedunculis bifloris, radice perenni.*

285. G. *palustre L.* (W. Goth. n. 450) calycibus pubescentibus, petalis integris, pedunculis longissimis, pedicellis declinatis, foliis quinquefidis.

Hab. in prato Brudängen prope Lunnagården (Wahlb. l. c.) — Jul.

286. G. *pratense L.* (W. Goth. n. 449) calycibus pilosis, petalis integris, pedunculis erectis, foliis quinquepartitis.

Hab. in insula Hönö; ceterum rarius v. c. in pratis versus Kongelf (Wahlb. l. c.) Jul.

287. G. *silvaticum* L. (W. Goth. n. 451) calycibus pilosis, petalis emarginatis, pedunculis erectis, foliis multifidis.

Hab. in nemorosis passim ut ad Lagklärebäck (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen etc. parcius. Jun. Jul.

*** *pedunculis bifloris, radice annua.*

288. G. *molle* L. (W. Goth. n. 453) petalis subbifidis calyce mutico duplo longioribus, fructu glabro, foliis reniformibus multifidis villosis.

Hab. in insula Domsö (Wahlb. l. c.); in insula Grötö frequenter. Maj. — Jul.

289. G. *pusillum* L. (W. Goth. n. 454) petalis emarginatis calyce mutico sublongioribus, fructu pubescente, foliis orbiculatis septemfidis pubescentibus.

G. rotundifolium Linn. Sv. Wahlenb. Svec.

Hab. in ruderatis parcius. Maj. — Jul.

290. G. *dissectum* L. (W. Goth. n. 452) petalis emarginatis calycem aristatum pubescentem æquantibus, fructu villoso, foliis quinquepartis.

Hab. in agris ad Lunnagården et Lagklarebäck (Wahlb. l. c.) Jun. Jul.

291. G. *columbinum* L. petalis emarginatis calycem aristatum glabrum subsuperantibus, fructu glabro, foliis quinquepartitis.

Hab. in Rosenlund inter frutices loco sabuloso. Jun. Jul.

292. G. *lucidum* L. (W. Goth. n. 455) glaberrimum, calycibus angulatis transverse corrugatis, fructu multicarinato, foliis quinquelobis.

Hab. in insula Fillskär (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen prope Trädgården, parcius. Maj. Jun.

293. G. *robertianum* L. (W. Goth. n. 456) petalis integris calyce aristato duplo longioribus, fructu reticulato-rugoso, foliis tri-quinquepartitis, foliolis pinnatifidis.

Hab. in nemorosis frequenter. Maj. Jun.

165. Oxalis L. Calyx 5-partitus. Petala 5. Stamina 10, exteriora breviora. Capsula 5-locularis ecaudata.

294. O. *Acetosella* L. (W. Goth. n. 324) foliis ternatis, foliolis obcordatis.

Hab. in nemoribus silvisque frequenter. Maj. Jun. ♃. Flores albi striati.

166. Linum *L.* Calyx 5-sepalus. Petala 5. Stamina 5, fertilia. Capsula 10-locularis, loculis monospermis.

295. L. *catharticum L.* (W. Goth. n. 214) caule superne dichotomo, foliis oppositis ovato-lanceolatis.

Hab. in collibus macrioribus, passim. Jun. Jul. ⊙.

167. Radiola *Dill.* Calyx 4-partitus. Petala quatuor. Stamina quatuor, fertilia. Capsula octolocularis, loculis monospermis.

296. R. *Millegrana Smith.* (W. Goth. n. 124).

Linum Radiola Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. locis arenosis subinundatis satis frequenter. Jul. — Sept. ⊙. Pusilla, pollicaris.

FAM. XXXI. CARYOPHYLLEÆ L.

Calyx persistens, a toro discretus. Petala 5, raro 4, discreta, alterna, unguiculata. Stamina libera, definita, exteriora petalis alterna, interiora ungui petalorum inserta, raro o. Styli liberi, 2-5. Fructus capsularis, valvis dentibusve definitis dehiscens. Placenta centralis, libera, seminibus indefinitis. Albumen farinaceum. *Herbæ, caulibus nodoso-articulatis; foliis oppositis, integris, basi petiolisve connatis. — Fr. l. c. p. 84.*

TRIB. I. SILENEÆ. *Torus elongatus. Sepala coalita in tubum 5-dentatum.*

168. Agrostemma *L.* Calyx coriaceus 10-costatus. Petala 5 indivisa. Capsula unilocularis, dentibus 5 dehiscens.

297. A. *Githago L.* (W. Goth. n. 317) hirsuta, laciniis calycis corollam superantibus, foliis linearibus.

Hab. in agris passim. Jun. Jul. ⊙. Flores roseo-violacei.

169. Lychnis *L.* Calyx membranaceus 5-dentatus. Petala 5 incisa. Caps. ad basin 5-locularis, dentibus 5 dehiscens.

298. L. *Viscaria L.* (W. Goth. n. 313) viscosa, petalis crenatis, foliis linearibus.

Hab. in montosis collibusque frequens. Maj. Jun. ♃. Flores rubri.

299. L. *Flos cuculi L.* (W. Goth. n. 313) petalis quadrifido-laciniatis, foliis lanceolatis, inferioribus obtusis.

Hab. in pratis humidiusculis frequenter. Jun. Jul. ♃. Flores rubri.

300. L. *silvestris Rafn* (W. Goth. n. 316) hirsuta, floribus dioicis, petalis bifidis, foliis ovato-lanceolatis.

L. dioica α Wahlb. Svec.

Hab. in nemorosis passim. Maj. ♃. — Flores rubri.

301. L. *pratensis Rafn* (W. Goth. n. 315) canescente-pubescens, floribus dioicis, petalis bifidis, foliis lanceolatis.

L. dioica Linn. Wahlenb. Svec. β.

Hab. ad agros etc. passim. Maj. Jun. ♃. Flores albi, nocte præcipue explicantur.

170. Cucubalus *L.* Calyx ventricosus 5-dentatus. Petala 5, fauce nuda. Capsula basi 3-locularis, apice 6-fido dehiscens. — *Flores albi.*

302. C. *Behen L.* adscendens, glabra, floribus subfastigiatis cernuis, foliis lanceolatis.

Silene inflata Smith. Wahlb. Goth. n. 289.

Hab. ad pagum Mölndal (Wahlb. l. c.). Jun. Jul. ♃.

303. C. *maritimus Fr.* decumbens, glauca, floribus solitariis erectis, foliis lanceolatis carnosis.

Silene maritima Smith. Wahlb. Goth. n. 290.

C. Behen β Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in petris litoris marini frequentissime. Jun. Aug. ♃.

171. Silene *L.* Calyx angustus 5-dentatus. Petala 5 fauce coronata. Capsula basi 3-locularis, apice 6-fido dehiscens. — *Flores albi.*

304. S. *nutans L.* (W. Goth. n. 281) viscoso-pubescens, floribus secundis nutantibus, foliis superioribus lanceolatis.

Hab. in collibus apricis passim. Jun. Jul. ♃.

305. S. *rupestris L.* (W. Goth. n. 291) glauca, floribus fastigiatis erectis, foliis lanceolatis.

Hab. in montibus ubique frequentissime. Maj. — Jul. ⊙.

306. S. *noctiflora L.* (W. Goth. n. 290) viscoso-pubescens, floribus erectis, foliis superioribus lanceolatis, inferioribus obovatis.

Hab. inter segetes passim v. c. ad Gunnebo (Wahlb. l. c.). Jul. ⊙.

172. Dianthus *L.* Calyx cylindricus 5-dentatus, basi squamis bracteatus. Petala 5. Capsula unilocularis, dentibus 4 dehiscens.

307. D. *deltoides L.* (W. Goth. n. 285) petalis crenatis, foliis obtusiusculis.

Hab. in collibus passim. Jul. Aug. ♃. — Flores rubri.

Trib. II. Alsinaceæ. *Torus depressus, a quo articulo discreta sepala libera.*

173. Stellaria *L.* Calyx 5-sepalus. Petala 5 bipartita. Capsula unilocularis 6-valvis. — *Flores albi.*

308. S. *nemorum L.* (W. Goth. n. 298) panicula dichotoma, petalis calyce longioribus, foliis inferioribus petiolatis cordatis.

Hab. in umbrosis ad rivulum prope Lagklarebäck (Wahlb. l. c.), et in Slottsskogen. Jun. ♃.

309. S. *media With.* (W. Goth. n. 297) panicula dichotoma, petalis calyce brevioribus, foliis ovatis, caule bifariam piloso.

Alsine media Linn. Svec.

Hab. ubique. Apr. — Sept. ⊙.

310. S. *Holostea L.* (W. Goth. n. 292) panicula dichotoma, petalis calyce enervi longioribus, foliis lineari-lanceolatis serrulatis.

Hab. inter frutices ex. gr. in prato nemoroso non procul a templo Askim (Wahlb. l. c.) et versus fines Hallandiæ. Jun. Jul. ♃.

311. S. *palustris Retz.* glauca, panicula terminali, petalis calyce trinervi duplo longioribus, foliis lineari-lanceolatis lævibus.

St. glauca Smith. Wahlb. Goth. n. 293.

S. graminea β Linn. Svec.

Hab. in paludibus passim. — Jun. Jul ♃.

312. S. *graminea L.* (W. Goth. n. 294) panicula terminali, petalis calycem trinervem æquantibus, foliis linearibus margine asperulis.

Hab. in pratis etc. frequenter. Maj. — Jul. ♃.

313. S. *uliginosa L.* (W. Goth. n. 295) pedunculis axillaribus subunifloris, petalis calyce duplo brevioribus, foliis lanceolatis.

Hab. ad. rivulum Lagklarebäcks bäck (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen etc. passim. Maj. — Jul. ⨀.

314. S. *crassifolia Ehrh.* (W. Goth. n. 296) pedunculis solitariis axillaribus, petalis calyce subenervi longioribus, foliis ovato-lanceolatis.

Hab. in litore marino par. Askim (Whlb. l. c.) Maj. Jun. ⨀.

174. Cerastium *L.* Calyx 5-sepalus. Petala 5. Capsula unilocularis, dentibus 10 dehiscens. — *Flores albi.*

315. C. *vulgatum L.* (W. Goth. n. 309) decumbens, pubescens, petalis calycem æquantibus, foliis ovato-lanceolatis.

C. vulgare Hartm. Skand.

Hab. in pratis et pascuis frequenter. Maj. — Aug. ⨀.

316. C. *viscosum L.* erectum, longe pubescens, petalis calycem æquantibus, foliis ovalibus.

C. ovale Pers. Wahlb. Goth. n. 310. Hartm. Skand.

Hab. solo pingvi ex. gr. in Lagklarebäcks allé (Wahlb. l. c.). Maj. — Aug. ⨀. — Persistens ut præcedens.

317. C. *tetrandrum Smith* (W. Goth n. 312) hirsutum, viscidum, floribus tetrandris, petalis quatuor calyce brevioribus obcordatis, foliis ellipticis.

Esmarchia cerastoides Reichenb. Flor. excurs. n. 4954.

Hab. "in colle aprico insulæ Domsö initio Julii." (Wahlb. l. c.).

318. C. *semidecandrum L.* (W. Goth. n. 311) floribus pentandris calyce brevioribus, sepalis bracteisque scariosis, foliis ovalibus.

β decandrum. — *C. semidecandr. β Ring. Herb. normal.*

Hab. in collibus siccis etc. passim; β in litore arenoso prope templum Askim frequenter. Varietas β erectior, strictior, viscosa, tota planta sæpe arena adhærente inquinata, differt a vero *C. glutinoso Fr.*, bracteis

scariosis, nec herbaceis, ad quod referendum videtur C. pumilum *β* viscosum *Reichenb. excurs. n. 4969*, in Scania prope Cimbritshamn mihi obvium.

175. Arenaria *L.* Calyx 5-sepalus. Petala 5 integra. Capsula unilocularis apice 6-valvis. — *Flores albi.*

319. A. *serpillifolia L.* (W. Goth. n. 300) capsulis erectis, petalis calyce pubescente brevioribus, foliis ovatis sessilibus.

Hab. locis siccis frequenter. Jun. Jul. ⊙.

320. A. *trinervia L.* (W. Goth. n. 299) capsulis cernuis, petalis calyce glabro brevioribus, foliis ovatis petiolatis trinervibus.

Hab. in umbrosis passim. Jun. Jul. ⊙.

176. Halianthus *Fr.* Calyx 5-partitus. Petala 5 integra. Glandulæ 10. Capsula unilocularis 3-valvis.

321. H. *peploides Fr.* (W. Goth. n. 301) foliis ovatis cornosis.

Arenaria peploides Linn. Svec.

Alsine peploides Wahlenb. Svec.

Hab. in litoribus arenosis insularum Vinga, Öckerö etc. passim. Jun. Jul. ♃.

177. Alsine *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5 integra. Glandulæ nullæ. Capsula unilocularis 3-valvis.

322. A. *rubra Wahlenb.* seminibus immarginatis, capsula calycem æquante, foliis filiformibus mucronatis.

Lepigonum rubrum Fr. Wahlb. Goth. n. 302.

Alsinella rubra Hartm. Skand.

β media seminibus paucis scarioso-alatis, floribus majoribus.

Lepigonum medium Wahlb. Goth. n. 303.

Alsinella media Hartm.

Hab. in agris, ad vias etc. frequenter; *β* et in litore marino et ad fossas. — Jun. — Sept. ⊙.

De reliquis hujus speciei formis confr Wahlb. l. c., ubi egregiæ observationes, hic forsitan non repetendæ.

323. A. *marina With.* seminibus scarioso-alatis, capsula calycem subduplo excedente, foliis subulatis muticis.

Lepigonum marinum Wahlb. Goth. n. 304.
Alsinella marina Hartm. Skand.

Hab. in litore limoso omnium insularum ex. gr. Domsö. — Jun. — Sept. ☽.

178. Spergula *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5 integra. Stamina 5 interdum sterilia. Capsula unilocularis 5-valvis.

324. S. *arvensis L.* (W. Goth. n. 305) pubescens, decandra, seminibus submarginatis, foliis verticillatis subtus canaliculatis.

Hab. in agris etc. frequenter. Jun. — Aug. ☉.

Plures exstant etiam apud nos hujus speciei formæ, apud recentiores v. c. Reichenbachium distinctæ, quas autem species separare mihi semper visum est irritum. In natura confluunt! earumque characteres semper leves. *Spergula maxima Weihe* differt: herba subglabra, seminum papillis clavatis: maxima formâ, apud nos frequens; *Spergula vulgaris Bönnigh.* herba opaca, glandulosa, seminum papillis clavatis, et denique *S. arvensis*, quæ esset Linnæi, seminibus punctatis, marginatis etc. — Ceterum observandum me multa legisse specimina, quæ utrum ad hanc an ad illam sic dictam speciem essent referenda, dijudicare non potuerim! — Cfr. *Reichenb. Flor. excurs. et Icon. Bot.*

325. S. *pentandra L.* (W. Goth. n. 306) glabra, seminibus membranaceo-alatis, staminibus quinque sterilibus, foliis verticillatis strictis.

S. arvensis β Wahlenb. Svec.

Hab. in montosis insulæ Styrsö (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen passim. Maj. Jun. ☉.

326. S. *nodosa L.* (W. Goth. n. 307) capsulis erectis, petalis calyce longioribus, foliis subulatis oppositis.

Hab. locis humidis ad amnes, rivulos etc. passim. Jul. Aug. ♃.

327. S. *subulata Swartz* (W. Goth. n. 308) capsulis cernuis, petalis calycem subæquantibus, foliis subulatis oppositis.

Hab. in montosis locis irriguis frequenter. Jul. Aug. ☽.

179. Sagina *L.* Calyx 4-partitus. Petala 4 aut nulla. Stamina 4. Capsula unilocularis 4-valvis.

328. S. *ciliata Fr.* (W. Goth. n. 122) diffusa; sepalis cuspidatis, foliis subulatis cuspidatis basi ciliatis.

S. apetala Wahlenb. Svec.

Spergula ciliata Fr. Hartm. Skand.

Hab. in insula Domsö (Wahlb. l. c.) Jul. ⊙.

329. S. *procumbens L.* (W. Goth. n. 121) procumbens, capsulis cernuis, petalis subnullis, foliis subulatis glabris.

Spergula Sagina Liljb. Hartm. Skand.

Hab. in pascuis humidiusculis frequenter. Maj. Sept. ⊙.

330. S. *stricta Fr.* (W. Goth. n. 123) dichotoma, capsulis suberectis, foliis teretibus muticis glabris.

S. apetala β Wahlenb. Svec.

Spergula maritima Hartm. Skand.

Hab. in litore marino frequenter. Jun. — Sept. ⊙.

SERIES III. CALYCIFLORÆ.

Perianthium plerumque duplex; exterius semper præsens, herbaceum, persistens, e sepalis coalitis monophyllum, interius, nisi deficeret, discretum exteriori insertum. Torus calyci adnatus. Stamina e toro oriunda, corollæ simul rarius adnata, sed ejus lobis vix respondentia; ut in *Corollifloris. Petala semper articulato-discreta, facile decidua. — Fr. l. c. p. 91.*

CLASSIS VII. FAUCIFLORÆ.

Stamina libera, inserta fauci calycis, toro perigyno h. e. e fundo calycis laminæ instar tenuis expanso vel calycem cum ovariis in germen inferum conglutinante (tum epigyno) vel supra insertionem germinis extenso limitato. Petala unguiculata. Stipulæ nullæ, tantum in Rhamneis quibusdam adsunt deciduæ. *Quo magis calyx expanditur eo magis liberatur germen, eo profundius stamina inserta ut fere hypogyna appareant — idque in singulo ordine et intra genus Saxifragæ. — Fr. l. c. p. 92.*

FAM. XXXII. CALYCANTHEMÆ L.

Calyx tubulosus, limbo (nostris saltim) paripartito (2, 4, 6, 8, 12), per æstivationem valvato. Petala semper libera, calycis fauci inserta, ejusque lobis alterna et numero æqualia. Stamina cum l. infra petalis inserta, definita, eundem numerum servantia, sed sæpe duplicata l. triplicata. Fructus ex ovariis definitis arcte connatus, plerumque capsularis, placentis in columnam centralem junctis. Semina indefinita, albumine nullo, embryone recto. *Frutices l. (nostræ) herbæ. Folia typice opposita, sed sæpe sparsa, simplicia exstipulata. Flores in racemo, sæpe foliato (hinc alares). — Fr. l. c. p. 93.*

Trib. I. Onagrariæ. *Germen inferum, 2-4 loculare. Æstivatio petalorum complicata.*

180. Epilobium *L.* Calyx limbo 4-partito. Petala 4. Capsula tetragona siliquæformis elongata. 4-locularis apice dehiscens. — *Flores rosei.*

331. E. *angustifolium L.* (W. Goth. n. 253) floribus irregularibus, stigmate quadrifido, foliis alternis lineari-lanceolatis.

Hab. in montosis frequenter. Jul. Aug. ♃.

332. E. *palustre L.* (W. Goth. n. 257) stigmate integro, caule tereti pubescente, foliis lineari-lanceolatis subdentatis.

Hab. in paludibus etc. passim. Jun. Jul. ♃.

333. E. *montanum L.* (W. Goth. n. 254) stigmate quadrifido, caule tereti, foliis ovatis suboppositis breve petiolatis glabris serratis.

Hab. in montibus frequens, etiam in cultis. Jun. Jul. ♃.

Variat quoad altitudinem bipedalis-uncialis, ceterumque omnes quoad partes, foliis nempe ovatis serratis et grosse dentatis oppositis aut alternis, imo ternis verticillatis; floribus nutantibus etc., quarum vero formarum ne unicam quidem constantem inveni.

334. E. *roseum Schreb.* (W. Goth. n. 255) stigmate integro, caule ancipiti, foliis ovatis petiolatis.

Hab. in fossis ad pagos etc, frequenter ex. gr. in Haga prope Slottsskogen et extra Gamle Port in fossa prope Nya allén. — Jun. — Aug. ♃.

335. E. *virgatum Fr.* subpubescens, stigmate demum quadrifido, caule tereti anguloso, foliis sessilibus lanceolatis dentatis opacis. — *Fr. Nov. ed. 2 p. 113.*

E. tetragonum β Wahlb. Goth. n. 256. β.

Var. "simplicior, glabrior, crassior" = *E. tetragonum Wahlb. Goth. n. 256. (sec. Prof. Wahlb. in litt.)*

β anceps Wahlb. Goth.

Hab. locis humidis juxta viam ad pagum Toltorp (Wahl. l. c.); var. ad fontem in Lagklarebäcksmåsse; β cum α. Jul. ♃.

181. Circæa *L.* Calyx limbo 2-partito. Corolla 2-petala. Stamina duo. Fructus pyriformis 2-locularis loculis monospermis. — *Flores racemosi.*

336. C. *alpina L.* (W. Goth. n. 7) glaberrima, petiolis alatis, foliis cordatis dentatis.

Hab. "in umbrosis humidis ad rivulum Lagklarebäcksbäck" (Wahlb. l. c.). Jul. ♃.

TRIB. II. LYTHRARIEÆ. *Germen superum, septicidum. Æstivatio petalorum contorta.*

182. Lythrum *L.* Calyx 12-dentatus. Petala 6. Stamina 12. Capsula bilocularis.

337. L. *Salicaria L.* (W. Goth. n. 325) foliis oppositis basi cordatis lanceolatis.

Hab. ad ripas fluvii Göthaelf multis locis frequenter; in insulis fere ubique. Jul. Aug. ♃. Flores purpurei subspicati.

183. Peplis *L.* Calyx campanulatus 6-dentatus. Petala 6 aut nulla. Stamina 6. Capsula bilocularis.

338. P. *Portula L.* (W. Goth. n. 241) floribus solitariis axillaribus, foliis oppositis obovatis.

Hab. "in uliginosis montium Björkåsbergen" (Wahlb. l. c.). Jul. ⊙.

FAM. XXXIII. RHAMNEÆ BROWN.

Calyx subtubulosus (germini adnatus l. liber) lobis 4, 5 per æstivationem valvatis. Petala li-

bera, sæpius minima, et stamina *opposita* lobis calycinis numero æqualia et fauci calycis inserta, semper uniserialia. Styli tot quot ovaria connata, plus minus conjuncti. Fructus loculosus, capsularis l. nostris bacca drupacea. Semina in loculis solitaria, erecta. Albumen carnosum. *Frutices, foliis simplicibus, stipulis o. l. deciduis. Fr. l. c. p. 95.*

184. Rhamnus *L.* Calyx urceolatus 4-5-fidus. Petala 4-5 parva. Stamina 4-5. Bacca 3-4-locularis.

339. R. *Frangula L.* (W. Goth. n. 166) inermis, foliis ovalibus integerrimis.

Hab. in montibus nemoribusque frequenter. Jun.

340. R. *catharticus L.* (W. Goth. n. 167) spinescens, foliis serratis.

Hab. cum præcedente, rarior. Jun. Jul.

FAM. XXXIV. RIBESIEÆ. Rich.

Calyx urceolatus, limbo 5-fido, per æstivationem imbricato. Petala 5, libera, exigua et stamina totidem alterna calycis fauci inserta. Styli duo, plus minus juncti, stigmatibus discretis. Fructus unilocularis, baccatus aut potius pepo, placentis 2 parietalibus. Semina numerosa, pulpæ immersa, funiculo suspensa. Albumen corneum. *Frutices foliis alternis lobatis exstipulatis. Fr. l. c. p. 95.*

185. Ribes *L.* Calyx urceolatus 5-fidus. Petala 5. Stamina 5. Bacca unilocularis polysperma.

341. R. *Uva crispa L.* aculeatum, pedunculis unifloris, baccis glabrescentibus.

Rib. Grossularia β Wahlb. Goth. n. 169.

Hab. inter frutices passim. — Apr. Maj. — Variat baccis glanduloso-hirsutis, quod est *R. Grossularia L.*, passim e hortis ejectum.

342. R. *nigrum L.* (W. Goth. n. 168) inerme, racemis pendulis, floribus campanulatis, foliis tri-quadri-lobis.

Hab. juxta rivulum ad Lunnagården (Wahlb. l. c.). Jun. Baccæ nigræ.

343. R. *rubrum* L. (W. Goth. n. 167) inerme, racemis pendulis, floribus subplanis, foliis quinquelobis.

Hab. inter frutices passim ex. gr. ad Lagklarebäck prope rivulum (Wahlb. l. c.), ad Örgryte etc. In insulis Vinga et Varö varietas baccis albis (Wahlb. l. c.) Maj. Baccæ rubræ aut albæ.

FAM. XXXV. SUCCULENTÆ L.

Calyx multipartitus, lobis æstivatione imbricatis. Petala eisdem numero æqualia (in quibusdam exoticis in corollam monopetalam connata) basi attenuata, per æstivationem imbricata. Stamina biserialia, exteriora præcociora tori margini, interiora seriora petalis inserta. Styli distincti, stigmatibus simplicibus. Fructus: capsulæ definitæ, folliculares, corniculatæ, sutura interna seminifera dehiscentes, uniloculares, polyspermæ, vulgo liberæ, sed paucis calyce adhærente spurie connatæ (utrumque in Saxifragis). Albumen carnosum, embryone recto. *Herbæ, foliis carnosis succulentis exstipulatis. — Fr. l. c. p. 96.*

Trib. I. Saxifrageæ *De Cand. Digynæ, capsulis 2 plerumque calyce adnato cohærentibus.*

186. Saxifraga *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5. Capsula bilocularis birostris apice dehiscens. — *Flores albi.*

344. S. *granulata* L. (W. Goth. n. 284) floribus paniculatis, foliis reniformibus incisis, radicalibus longe petiolatis, radice perenni granulata.

Hab. in collibus siccis frequenter. Maj. Jun. ♃.

345. S. *tridactylites* L. floribus subpaniculatis, foliis cuneiformibus tri-quadri-fidis, radice annua.

Hab. in muris Gothoburgensibus *(Prof. Wahlberg).* Maj. Jun. ⊙.

187. Chrysosplenium *L.* Calyx limbo 4-fido colorato. Corolla nulla. Stamina 8. Capsula unilocularis birostris, bivalvis.

346. C. *alternifolium* L. (W. Goth. n. 262) foliis alternis.

Hab. ad rivulos passim, ut in Slottsskogen et ad Lagklarebäck (Wahlb. *l. c.*). Apr. Maj. ♃. Flores lutei.

TRIB. II. SEDEÆ *De Cand. Capsulis pluribus, omnino liberis.*

188. Sedum *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5. Stamina 10. Capsulæ 5 uniloculares polyspermæ.

347. S. *Telephium L.* (W. Goth. n. 318) floribus cymosis, foliis ovatis serratis.

Hab. in montibus frequenter. — Aug. ♃. Flores virescentes.

348. S. *rupestre L.* (W. Goth. n. 319) floribus cymosis, foliis subulatis glaucis.

Hab. in montibus ubique. Jul. Aug. ♃. — Flores lutei.

349. S. *album L.* (W. Goth. n. 320) floribus paniculatis, foliis teretibus obtusis.

Hab. in montibus passim v. c. in Slottsskogen prope Trädgården; ad Surbrun etc. Jul. ♃. Flores albi, petalis inferne rubicundis.

350. S. *acre L.* (W. Goth. n. 322) petalis calyce triplo longioribus, foliis subovatis gibbis, radice perenni.

Hab. in montosis frequentissime. Jun. Jul. Flores flavi.

351. S. *anglicum Huds.* (W. Goth. n. 323) petalis calyce triplo longioribus, foliis subtrigonis, radice annua.

Hab. in rupibus insularum Styrsö (Wahlb. l. c.) et Hallenskär. Jul. Flores albi roseo-punctati.

352. S. *annuum L.* (W. Goth. n. 321) petalis calycem subæquantibus, foliis teretibus, radice annua.

Hab. in montosis cum præcedentibus frequenter. Jun. Flores minimi, lutei.

189. Bulliarda *De Cand.* Calyx quadripartitus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Capsulæ quatuor uniloculares pleiospermæ.

353. B. *aquatica Fr.* foliis lineari-subulatis.
Tillæa aquatica Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. locis inundatis passim v. c. in Gammelstadsholme. Jul. Aug. ☉. Pussilla. Variat caule prostrato et erecto, de quibus formis cfr. *Fr. Nov. ed. 2 p. 61.*

FAM. XXXVI. PORTULACACEÆ Juss.

Calyx 2-partitus, rarius 3-5-partitus, nunc adhærens, nunc, ut nostris, liber. Petala 5, interdum connata, per æstivationem imbricata. Stamina numero mire varia, definita. Stigmata plura, libera, stylo brevi aut nullo. Capsula circumscissa (in Portulaca) l. (nostris) valvata, valvis tot quot stigmatibus. Placenta centralis 1-vel poly-sperma, seminibus majoribus scabris, sæpe figuratis, albumine subfarinaceo, embryone curvato. *Succulentæ, foliis simplicibus integerrimis exstipulatis. Fr. l. c. p. 98.*

190. Montia *L.* Calyx bipartitus. Corolla 5-partita. Stamina 3. Capsula unilocularis 3-valvis, 3-sperma.

354. M. *fontana L. α minor* pedunculis unifloris. *M. fontana L. Wahlb. Goth. n. 95.*

β major pedunculis multifloris.

Hab. in scaturiginibus frequenter. Jun. — Aug. ♃.

191. Elatine *L.* Calyx 3-8-partitus. Petala 3-4. Stamina 3-8. Capsula 3-4-locularis 3-4-valvis.

355. E. *Hydropiper L.* (W. Goth. n. 273) floribus axillaribus octandris, foliis oppositis.

Hab. in amne Mölndalsån prope Lagklarebäck (Wahlb. l. c.). In Rosenlund etc. Jul. Aug. ⊙.

Occurrunt forsitan apud nos *E. triandra Schk.* floribus triandris, et *E. hexandra De Cand.* floribus hexandris, quas autem exquirendi nobis non adhuc adfuit tempus opportunum.

CLASSIS VII. TORIFLORÆ.

Stamina basi conjuncta et inserta annulo tori amphigyni incrassato, nunc fundo calycis adnato, nunc supra faucem prominente. Corolla, calyci adnata, typo quinario, papilionacea aut rosacea, raro deficiens. Stipulæ oppositæ, subadnatæ. — *Fr. l. c. p. 99.*

FAM. XXXVII. LEGUMINOSÆ Juss.

Calyx liber, 5-fidus. Petala 5 (abortu rarius pauciora aut nulla), interdum coalita, unguiculata. Stamina petalis dupla, imo tripla et quadrupla in exoticis, enata e disco *amphigyno* calycis fundo adnato, sæpeque in filamentorum tubo prolongato. Stylus e superiori sutura ortus filiformis stigmaque simplicissima. Fructus: Legumen uniloculare l. articulationibus transverse multiloculare. Placentæ duæ, nerviformes, seminibus magnis seriatis, sæpius indefinitis, horizontalibus. Albumen nullum. *Arbores, frutices l. herbæ, foliis alternis, bistipulatis, typice compositis, sed interdum petiolus foliaceus, limbo vero abortivo* (phyllodia *De Cand.). Flores subracemosi. Fr. l. c. p. 100.*

Trib. I. Genisteæ. *Stamina monadelpha. Legumen continuum uniloculare. Folia trifoliata l. pinnata, terminali maximo. Cotyledones foliaceæ.*

192. Spartium *L.* Calyx bilabiatus, labio superiore bifido, inferiore 3-dentato. Petala laxa; genitalia exserta. Legumen polyspermum. *Frutex.*

356. S. *scoparium L.* (W. Goth. n. 465) floribus axillaribus, foliis ternatis, foliolis obovatis.

Hab. in montibus prope Telegraphen ad Nya Hvarfvet copiose; ad Gunnebo magis adventitium ut forsan etiam ad Krogsslätt. Jun. — Flores lutei, maximi hujus familiæ nostratium.

193. Ononis *L.* Calyx 5-partitus. Vexillum striatum. Legumen turgidum oligospermum.

357. O. *arvensis L.* viscoso-villosa, floribus geminatis axillaribus, foliis superioribus simplicibus, inferioribus ternatis serratis.

O. hircina Jacq. — Wahlb. Goth. n. 466.

Hab. in pratis, marginibus agrorum etc. passim ex. gr. prope Kärra; in par. Askim versus fines Hallandiæ etc. Jul. ♃. Flores rosei.

194. Anthyllis *L.* Calyx inflatus 5-dentatus. Vexillum non striatum. Legumen monospermum.

358. A. *Vulneraria L.* (W. Goth. n. 467) floribus capitatis, foliis pinnatis, foliolo terminali maximo.

Hab. in pratis collibusque frequenter. Jun. Jul. ♃. Flores lutei.

Trib. II. Trifolieæ. *Stamina diadelpha. Legumen priorum. Folia trifoliata. Cotyledones foliaceæ.*

195. Trifolium *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla persistens. Legumen 1-4-spermum calyce inclusum. — *Flores capitati.*

* *Flores rubri.*

359. T. *pratense L.* (W. Goth. n. 484) adscendens, calycibus pilosis, foliolis obovatis.

Hab. in pratis etc. frequenter. Jun. Jul. ♃.

360. T. *medium L.* (W. Goth. n. 485) flexuosum, calycis dentibus pilosis, foliolis lanceolato-oblongis.

Hab. in montosis inter frutices, passim. Jun. Jul. ♃.

Obs. *Trifolium striatum L.* ad Klefskyrka (montem præcipitantem) par. Släp Hallandiæ borealis inopinate mihi copiose obvium, intra fines nostræ florulæ olim forsitan inveniendum.

** *Flores albi aut albo-incarnati.*

361. T. *arvense L.* (W. Goth. n. 486) pubescens, capitulis oblongis, calycibus vilosissimis, foliolis oblongis integerrimis.

Hab. in montosis minime infrequens. Jul. ☉.

362. T. *hybridum L.* (W. Goth. n. 483) adscendens, capitulis subrotundis, calycibus glabris, foliolis ovalibus dentatis.

Hab. in prato Lerflatan ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.). Jul. Aug. ♃.

363. T. *repens L.* (W. Goth. n. 482) radicans, capitulis subrotundis, calycibus glabris, foliolis subobcordatis argute dentatis.

Hab. in pratis frequenter. Maj. — Aug. ♃.

364. T. *fragiferum L.* (W. Goth. n. 481) repens, capitulis subrotundis, calycibus demum inflatis pubescentibus, foliolis obovatis.

Hab. in insula Domsö (Wahlb. l. c.). Extra fines in Hallandia boreali multis locis, ut etiam in insula Skaftö Bahusiæ prope Grundsund. — Jul. Aug. ♃.

*** *Flores lutei, scariosi.*

365. T. *agrarium L.* capitulis oblongis, vexillis striatis, caule erecto, foliolis oblongis sessilibus.

Hab. inter frutices passim ex. gr. ad Jacobsdal *(Prof. Wahlberg)* et in Slottsskogen prope Trädgården. Jul. Aug. ⊙.

366. T. *procumbens L.* (W. Goth. n. 487) capitulis subglobosis, vexillis striatis, caule procumbente, foliolis obovatis, terminali petiolato.

Hab. in pratis, pascuis etc. passim. Jul. Aug. ⊙.

367. T. *filiforme L.* capitulis paucifloris, vexillis obsolete striatis, caule procumbente, foliolis obovatis petiolatis.

T. minus Relh. β Wahlb. Goth. n. 488.

Hab. in montosis, passim. Jun. — Aug. ⊙.

196. Melilotus *Juss.* Calyx 5-dentatus. Corolla decidua. Legumen mono-di-spermum exsertum. *Flores racemosi.*

368. M. *officinalis Willd.* leguminibus dispermis, petalis æqualibus, foliis serratis.

Trifol. Melilotus officinalis Linn. Sv.

Hab. in ruderatis circa Gothoburgum passim, forsitan cum sequente adventitia. Jul. — Sept. ⊙. Flores lutei.

369. M. *vulgaris Willd.* (W. Goth. n. 489) leguminibus monospermis, carina alisque vexillo brevioribus, foliis serratis.

M. off. β. Wahlenb. Svec.

Hab. cum priori eodemque tempore. ⊙. Flores albi.

197. Medicago *L.* Calyx 5-fidus. Cor. carina a vexillo remota. Legumen cochleatum monospermum.

370. M. *lupulina L.* (W. Goth. n. 592) floribus capitatis, caule procumbente, foliolis obovatis.

Hab. ad vias etc. passim. Maj. — Aug. ⊙. Flores lutei.

198. Lotus *L.* Calyx 5-fidus. Corollæ carina rostrata. Legumen elongatum polyspermum.

371. L. *corniculata L.* (W. Goth. n. 490) dentibus calycis pilosis, caulibus procumbentibus, stipulis ovatis.

β carnosa Wahlb. Goth. foliis carnosis.

Hab. in pratis frequenter; *β.* in insula Danemarks Lilja (Wahlb. l. c.). Maj. — Aug. ♃.

Trib. III. Astragaleæ. *Stamina diadelpha. Legumen sutura altera introflexa longitudinaliter biloculare. Folia pinnata. Cotyledones foliaceæ.*

199. Astragalus *L.* Calyx 5-dentatus. Cor. carina obtusa. Legumen ut supra.

372. A. *glycyphyllus L.* adscendens, foliolis oblongis obtusis integerrimis glabris, stipulis ovato-lanceolatis.

Hab. inter frutices ex. gr. ad Trädgården in Slottsskogen. (Hallandiæ borealis ad Klefskyrka par. Släp, et in insula Klöfverö prope Marstrand). Jul. ♃. — Flores flavescentes.

Trib. IV. Vicieæ. *Stamina diadelpha. Legumen uniloculare polyspermum. Folia paripinnata plerumque cirrhosa. Cotyledones carnosæ.*

200. Orobus *L.* Calyx 5-dentatus, dentibus 2 superioribus brevioribus. Stylus semiteres, latere introrso plano pubescente. Legumen teretiusculum. — *Folia cirrhis mucroniformibus. Flores purpureo-cærulescentes.*

373. O. *vernus L.* caule tetragono, foliolis ovatis acuminatis, stipulis semisagittatis.

Hab. in nemoribus prope Gunnebo passim. Maj. ♃.

Obs. *O. niger L.* caule ancipiti, foliolis mucronatis stipulisque cuspidatis lanceolatis, ad Släp Hallandiæ et in insula Klöfverö Bahusiæ copiose a me lectus, ad Gunnebo cum priori crescere fertur.

374. O. *tuberosus L.* (W. Goth. n. 468) caule alato, foliolis lanceolatis, stipulis semisagittatis.

Hab. in pratis sylvaticis frequenter. Maj. Jun. ♃.

201. Lathyrus *L.* Calyx 5-dentatus, dentibus 2 superioribus brevioribus. Stylus complanatus, anceps. Legumen elongatum compressum polyspermum. *Folia cirrhosa.*

375. L. *pratensis L.* (W. Goth. n. 469) caule tetragono, foliolis lanceolatis acutis, stipulis sagittatis.

Hab. in pratis frequenter. Jun. Jul. ♃. Flores flavi.

Distinxit Reichenb. duas hujus speciei formas, nempe *L. pratensem*, stipulis lanceolatis, seminibus unicoloribus, et *L. sepium Scop.* "stipulis sagittatis, seminibus marmoratis," quarum ad illam refert *Sv. Bot. t. 49;* nec repugno, si mihi constaret quare stipulæ figuræ citatæ potius dicendæ essent "lanceolatæ" quam sagittatæ. Cirrhi nullam præbent notam; variant enim in uno eodemque specimine divisæ et simplices. Semina non observavimus.

376. L. *silvestris L.* (W. Goth. n. 470) caule alato, foliolis ensiformi-lanceolatis acutissimis, stipulis semisagittatis linearibus.

β latifolius foliolis latioribus obtusioribusque.

L. latifolius Linn. Svec. — Wahlb. Goth. n. 471.

L. intermedius Wallr. Hartm. Skand.

Hab. in insula Varö inter frutices (Wahlb. l. c.); *β* in insulis Vinga, Hallenskär, Öckerö etc. frequentissime. — Jul. Aug. ♃.

377. L. *maritimus Fr.* caule triquetro, foliolis ovalibus mucronulatis, stipulis ovatis sagittatis.

Pisum maritimum Linn. Wahlb. Goth. n. 472.

Hab. in insulis extra Gothoburgum passim ex. gr. in Danemarks Lilja copiose (Wahlb. l. c.). Jun. Jul. ♃.

202. Vicia *L.* Calyx 5-dentatus, dentibus 2 superioribus brevioribus. Stylus sub stigmate incrassatus subtus villosus. Legumen compressum polyspermum.

378. V. *silvatica L.* (W. Goth. n. 473) pedunculis multifloris folio longioribus, stipulis lunatis setaceo-dentatis.

Hab. in dumetis insulæ Varö (Wahlb. l. c.). (In insula Klöfverö prope Marstrand). Jun. Jul. ♃. Flores albi violaceo-striati.

379. V. *Cracca L.* (W. Goth. n. 475) pubescens, pedunculis multifloris folio longioribus, foliolis mucronatis, stipulis sagittatis integerrimis.

Hab. ad vias, margines agrorum etc. frequenter. Jun. — Aug. ♃. Flores violacei.

380. V. *cassubica L.* (W. Goth. n. 474) stylo glabrato, pedunculis multifloris folio brevioribus, stipulis semisagittatis integerrimis.

Hab. locis montosis in Lagklarebäcks Oxhage (Wahlb. l. c.). Jul. ♃.

381. V. *sepium L.* (W. Goth. n. 476) pedunculis 2-4-floris brevissimis, foliolis obtusis.

Hab. in fruticetis passim. Maj. Jun. ♃. Flores violacei.

382. V. *sativa L.* (W. Goth. n. 477) seminibus compressis, floribus geminis breve pedunculatis, foliolis obovatis truncatis mucronulatis, stipulis inciso-dentatis.

Hab. inter segetes frequenter. Jun. — Aug. ⊙. Flores purpurei.

383. V. *angustifolia Roth* (W. Goth. n. 478) seminibus globosis, floribus geminis subsessilibus, foliolis superioribus linearibus, stipulis dentatis.

Hab. in agris ad templum Kållered (Wahlb. l. c.) etc. passim. Jun. Jul. ⊙.

Forma hujus et præcedentis primaria certe est *V. Bobartii Forst.* flore subsolitario, foliolis caulinis retusis l. acutiusculis mucronatis, radicalibus obovatis l. cordatis, in arenosis campis prope Thorup Scaniæ mihi obvia, cujus specimina minora *V. lathyroidi* non dissimilia.

384. V. *lathyroides L.* floribus sessilibus solitariis, foliolis radicalibus obcordatis, stipulis integerrimis.

Hab. in collibus prope castella Götha Lejon et Kronan, rarior. Maj. ⊙. — Flores violacei.

203. Ervum *L.* Calyx 5-fidus, laciniis subæqualibus corollam subæquantibus. Stylus sub stigmate capitato incrassatus. Legumen 2-3-spermum.

385. E. *tetraspermum L.* (W. Goth. n. 479) leguminibus glabris tetraspermis, pedunculis unifloris.

β tenuifolium Fr. foliis acutis.

Hab. ad agros, in montosis etc. passim. Jun. Jul. ⊙.

386. E. *hirsutum L.* (W. Goth. n. 480) leguminibus hirsutis dispermis, pedunculis multifloris.

β angustifolium Fr. pedunculis bifloris, foliolis acutis.

Hab. in agris etc. frequenter. Jun. Jul. ⊙.

FAM. XXXVIII. DRUPACEÆ L.

Calyx 5-fidus, liber, lobis per æstivationem imbricatis. Petala 5, calycis lobis alterna, per æ-

stivationem contorta cum staminibus indefinitis (circiter quadruplicatis) margini tori distantis inserta. Stylus stigmaque simplicissima; ille in nostris terminalis (in tropicis *Chrysobalaneis* e basi germinis ortus). Fructus drupaceus, unilocularis; putamine osseo, primitus biovulato, sed in nostris adulto monospermo. Funiculus lateraliter putamini adnatus, semine ab apice pendulo (sed in *Chrysobalaneis* erecto). *Arbores l. frutices, foliis simplicibus, stipulis liberis. — Fr. l. c. p. 109.*

204. Prunus *L.* Calyx 5-fidus. Petala 5. Drupa succosa. — *Flores albi.*

387. P. *Padus L.* (W. Goth. n. 330) racemis pendulis, foliis basi biglandulosis duplicato-serratis.

Hab. in nemoribus passim. Maj. Jun.

388. P. *Avium L.* umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis duplicato-serratis.

Hab. in montibus prope Hospitalet *(Prof. Wahlberg)*. (In insula Mjörn Bahusiæ). Maj.

389. P. *spinosa L.* (W. Goth. n. 332) spinescens, pedunculis solitariis, foliis elliptico-lanceolatis.

Hab. in fruticetis etc. frequenter. — Maj. Flores ante folia explicantur vel cum floribus, nec ceterum inter utramque formam quid differentiæ.

FAM. XXXIX. POMACEÆ L.

Plurima ut in Drupaceis, sed ovaria plura (2-5) in pomum calyce adnato coronatum connata. Styli tot quot ovaria, stigmatibus simplicibus. Semina in loculis vel cartilagineis sutura centrali dehiscentibus pauca vel in osseis indehiscentibus solitaria; suturæ centrali adfixa. *Arbores l. frutices, stipulis liberis, foliis integris, lobatis pinnatisve. — Fr. l. c. p. 110.*

205. Cratægus *L.* Calyx persistens 5-fidus, laciniis herbaceis patentibus. Petala 5. Pomum loculis 1-2 osseis drupaceum. — *Frutices spinosi floribus albis.*

390. C. *monogyna Jacq.* (W. Goth. n. 334) floribus monogynis, pedunculis pubescentibus, foliis tri-quinquefidis, lobis acutis.

Hab. in montibus, fruticetis etc. frequenter. Maj. Jun.

Species, me judice, satis distincta, cujus flores explicari incipiunt cum *C. Oxyacanthæ* dissolvuntur.

391. C. *Oxyacantha L.* (W. Goth. n. 333) floribus digynis, pedunculis glabris, foliis 3-fidis, lobis obtusis.

Hab. cum priori. Maj. Jun.

206. Cotoneaster *Med.* Calyx persistens 5-fidus, laciniis carnosis inflexis. Petala 5. Pomum loculis 2-3 sub-2-spermis drupaceum.

392. C. *vulgaris Lindl.* foliis ovalibus integerrimis subtus tomentosis.

Mespilus Cotoneaster Linn. Wahlb. Goth. n. 337.

β nigra Wahlb. Goth. baccis nigris.

Hab. in montosis ex. gr. ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.) et prope castellum Kronan. *β* in insula Domsö (Wahlb. l. c.). Maj. Jun.

207. Sorbus *L.* Calyx persistens 5-fidus, laciniis inflexis. Petala 5. Pomum loculis 2-4 membranaceis 2-spermis baccatum.

393. S. *scandica Fr.* (W. Goth. n. 337) foliis ovatis incisis subtus tomentosis.

Cratægus Aria α Linn. Svec.

Hab. ad Lagklarebäck, Gunnebo etc. passim. Jun.

394. S. *Aucuparia L.* (W. Goth. n. 336) foliis pinnatis.

Hab. in nemoribus passim. Maj. Jun.

Obs. *Sorbus Aria Pers.* in insula Skaftö Bahusiæ prope Grundsund.

208. Pyrus *L.* Calyx persistens 5-fidus, laciniis patentibus. Petala 5. Pomum loculis 5 cartilagineis 2-spermis, carnosum. — *Flores albo-rosei.*

395. P. *communis L.* (W. Goth. n. 338) stylis basi liberis, foliis ovalibus serrulatis.

Hab. in Lagklarebäcks utmark (Wahlb. l. c.). Maj.

396. P. *Malus L.* (W. Goth. n. 339) stylis basi coalitis, foliis ovatis serratis.

Hab. in nemoribus frequenter. Maj.

Pyrus Malus β Achras Fr. Nov. ad Gothoburgum non visus, copiose crescit in insula Klöfverö prope Marstrand.

FAM. XL. SENTICOSÆ L.

Calyx definite partitus, persistens. Petala lobis calycinis primariis numero æqualia et alterna, regularia, per æstivationem quincuncialia. Stamina tori annulo distanti inserta et basi cohærentia. Styli tot quot ovaria discreta eisdemque lateraliter inserta, nunc nuda, nunc calycis tubo recepta. Fructus varius, fructulis sev carpellis semper vero discretis, nunc nudis nunc calyce receptis. Semina exalbuminosa. *Herbæ aut frutices ob medullam amplam laxam et defectum novorum ligni stratorum parum persistentes; folia pinnata, digitata aut sublobata; stipulæ petiolo adnatæ, persistentes. — Fr. l. c. p. 112.*

Trib. I. Roseæ. *Ovaria indefinita, cartilaginea, uniovulata, indehiscentia, inclusa urceolo calycis, primo imbricati.*

209. Rosa *L.* Calyx urceolatus persistens, limbo 5-partito. Petala 5 magna. Carpella numerosa strigosa in urceolo calycis. — *Flores rosei aut albi.*

397. R. *canina L.* (W. Goth. n. 343) fructibus subovatis glabris, foliolis inæqualiter serratis subtus eglandulosis.

α nitida Fr. Wahlb. Goth. foliis nitidis subtus viridibus.

β opaca Fr. foliis opacis subtus pallentibus.

Hab. in dumetis etc. frequenter. Jun. Jul.

398. R. *rubiginosa L.* (W. Goth. n. 342) fructibus subovatis, foliolis duplicato-serratis subtus glandulosis.

Hab. ad viam inter Gothoburgum et Lerum (Wahlb. l. c.). Jul.

399. R. *coriifolia Fr.* (W. Goth. n. 344) fructibus globosis, foliolis æqualiter serratis subtus eglandulosis.

Rosa collina γ Wahlenb. Svec.

Hab. in dumetis etc. frequenter. Jun. Jul.

400. R. *mollissima Willd.* fructibus subglobosis pedunculisque hispido-aculeatis, foliis duplicato-serratis glandulosis.

R. villosa L. Wahlb. Goth. n. 345. Hartm. Skand.

Hab. in dumetis, ad vias etc. frequenter. Jun.

Trib. II. Potentilleæ. *Ovaria indefinita, aggregata, nuda, uniovulata, indehiscentia, a calyce valvato discreta.*

210. Rubus. Calyx 5-fidus. Petala 5. Carpella baccata in receptaculo sicco.

401. R. *fruticosus L.* (W. Goth. n. 346) baccis glaberrimis, calyce inflexo, petalis obovatis lævibus, caule angulato glabro, aculeis aduncis, foliis quinatis duplicato-serratis subtus pilosis.

β intermedius Wahlenb. Sv.—R. corylif β Wahlb. Goth. p. 57.

Hab. ad sepes, vias etc. frequentissime. β prope viam ad pagum Toltorp et in insula Grötö. Jul. Aug.

402. R. *corylifolius* (W. Goth. n. 347) baccis pubescentibus, calyce reflexo, petalis subrotundis rugosis, caule teretiusculo, aculeis rectis, foliis quinatis rugosis.

Hab. in dumetis frequenter. Jul.

403. R. *cæsius L.* (W. Goth. n. 348) baccis cæsiis glaberrimis, caule tereti, aculeis tenuibus rectis, foliis ternatis, foliolis lateralibus bilobis.

β paniculatus Wahlb. in. litt. floribus dense paniculatis, foliis majoribus magisque rugosis.

Hab. in dumetis, ad margines agrorum etc. frequentissime. — β in insula Varö. Jul.

De his ceterum conferri potest Cel. Wahlbergii *Flor. Goth.*, ubi egregiæ observationes! Per plurimos annos nobis non licuit eo tempore, quo examinandi Rubi, Gothob. vivere, quare etiam nil novi adferre possumus, putantes plures recentiorum distinctas species adhuc in nostra regione olim esse inveniendas. Multas sane habemus satis

insignes formas præcipue R. fruticosi, quarum vero descriptiones, fructu desiderato, differre haud dubitamus.

404. R. *Idæus L.* (W. Goth. n. 349) caule erecto tereti, foliis pinnatis subtus niveo-tomentosis.

Hab. in montosis frequentissime. Jun.

405. R. *saxatilis L.* (W. Goth. n. 350) petalis calyce sublongioribus, caule herbaceo flagellis reptantibus, foliis ternatis pubescentibus.

Hab. in lapidosis locis umbrosis ut ad Gunnebo et in Slottsskogen. Maj. Jun. ♃.

406. R. *Chamæmorus L.* (W. Goth. n. 351) caule inermi unifloro, foliis simplicibus lobatis.

Hab. in palude Gunnebo måsse (Wahlb. l. c.) passim. Jun. ♃.

211. Fragaria *L.* Calyx 10-fidus, laciniis 5 minoribus. Petala 5. Carpella nuda in receptaculo carnoso. — *Folia ternata, flores albi.*

407. F. *collina Ehrh.* (W. Goth. n. 353) calyce inflexo, foliolorum serratura extima breviore.

Hab. in insula Tornö (Wahlb. l. c.). Maj. Jun. ♃.

408. F. *vesca L.* (W. Goth. n. 352) calyce reflexo, foliolorum serratura extima longiore l. subæquante, pubescentia pedicellorum adpressa.

Hab. in collibus etc. frequenter. Maj. Jun. ♃.

409. F. *elatior Ehrh.* herba elatiori, calyce reflexo, pedicellorum pubescentia divaricata.

Fr. vesca β Wahlenb. Svec.

Hab. ad sæpes prope viam publicam inter Gothoburgum et Lagklarebäck, aliisque locis quasi inquilina facta. Maj. Jun. ♃.

212. Potentilla *L.* Calyx 8-12-fidus, laciniis alternis minoribus. Petala 4-5. Carpella nuda in receptaculo convexo exsucca. — *Flores plerumque lutei.*

* *calyce 12-fido.*

410. P. *rupestris L.* (W. Goth. n. 355) caule erecto, foliis pinnatis.

Hab. in rupibus passim. Jun. ♃. Flores albi.

411. P. *anserina L.* (W. Goth. n. 356) caule repente, foliis pinnatis subtus sericeis.

Hab. ad vias etc. frequenter. Jul. Aug. ♃.

412. P. *argentea L.* (W. Goth. n. 357) adscendens, petalis calycem æquantibus, foliis quinatis, foliolis cuneiformibus incisis subtus tomentosis.

Hab. in montosis frequenter. Jul. ♃.

Variabilis ut semper, foliis supra viridibus et niveo-subtomentosis, etc.

413. P. *norvegica L.* caule erecto, petalis calycem æquantibus, foliis ternatis, foliolis sublanceolatis.

Hab. in sepibus prope Gammelstaden *(Prof. Wahlberg)*. Jul. Aug. ⊙.

*** calyce 8-fido.*

414. P. *Tormentilla Scop.* adscendens, foliis sessilibus ternatis.

Tormentilla recta Linn. Wahlb. Goth. n. 358.

Hab. in pascuis etc. frequenter. Maj. Jun. ♃.

213. Comarum *L.* Calyx 10-fidus, laciniis alternis minoribus, intus coloratus. Petala 5. Carpella nuda in receptaculo spongioso subgloboso.

415. C. *palustre L.* (W. Goth. n. 359) foliis pinnatis, foliolis serratis.

β sericeum.

Hab. in paludibus frequenter. *β* in palud. maritimis *(Prof. Wahlberg)*. Jun. Jul. ♃.

214. Geum *L.* Calyx 10-fidus, laciniis alternis minoribus. Petala 5. Carpella longe rostrata in receptaculo columnari.

416. G. *rivale L.* (W. Goth. n. 360) floribus nutantibus, receptaculo calyce longiore, petalis cuneiformibus, foliis interrupte-pinnatis.

Hab. in pratis frequenter. Maj. Jun. ♃. — Flores rubescentes, nutantes, quasi pudici, quare etiam *Brud och Brudgum* sæpe audiunt.

417. G. *intermedium Ehrh.* floribus cernuis, receptaculo calyce breviori, petalis subobovatis, foliis radicalibus interrupte-pinnatis.

G. urbanum γ intermed. Wahlenb. Svec.

G. hirtum Wahlb. Goth. n. 361. (forma litoralis sec. Auctorem).

Hab. in umbrosis ex. gr. ad Gunnebo prope fontem et in Slottsskogen prope Malmgården. Jun. ♃. Optime flo-

ret cum *G. rivale* desinit et *G. urbanum* florere incipit. — Mihi semper visum est hybriditas.

418. G. *urbanum L.* (W. Goth. n. 362) floribus erectis, petalis obovatis, foliis radicalibus lyrato-pinnatis.

Hab. cum prioribus. Jun. ♃. Flores ut præcedentis lutei.

Trib. III. Spiræeæ. *Ovaria definita (5, 10) verticillata, libera, demum capsularia, pluriovulata.*

215. Spiræa *L.* Calyx 5-fidus. Petala 5. Capsulæ 5-12.

419. S. *Filipendula L.* (W. Goth. n. 340) capsulis erectis, foliis interrupte-pinnatis glabris.

Hab. in collibus apricis siccis passim v. c. prope Nya Hvarfvet. Jun. Jul. ♃.

420. S. *Ulmaria L.* (W. Goth. n. 341) capsulis 5 contortis, foliis pinnatis, impari 3-lobato, subtus tomentosis.

Hab. in fossis locisque humidis frequenter. Jun. Jul. ♃. Flores ut prioris albi.

Trib. IV. Sanguisorbeæ. *Ovaria definita, pauca (2-4) drupacea, calyce valvato recepta. Sæpe apetalæ, sed calyce duplicato.*

216. Agrimonia *L.* Calyx bibracteatus 5-fidus setis uncinatis coronatus. Petala 5. Fructus calyce inclusus.

421. A. *Eupatoria L.* (W. Goth. n. 326) floribus spicatis, foliis interrupte-pinnatis.

Hab. in collibus inter frutices rarior. Jun. Jul. ♃. Flores flavi.

217. Alchemilla *L.* Calyx 4-bracteatus 4-fidus. Petala 0. Fructus calyce inclusus.

422. A. *alpina L.* foliis digitatis, foliolis apice serratis subtus sericeis.

Hab. in fissuris rupium ex. gr. ad Johannisberg, ubi primus legit amiciss. *Doct. Sundevall*, deinde copiose inveni prope Anneberg et in insula Hönö. Jun. ♃.

423. A. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 114) foliis plicatis 9-lobis glabrescentibus l. sericeis.

Hab. in pratis etc. frequenter. Maj. Jun. ♃.

FAM. XLI. PARONYCHIEÆ S. Hil.

Calyx liber, 5-lobus, lobis per æstivationem imbricatis, toro a calyce haud discreto. Petala minima, obsoleta, filiformia l. in stamina, tum duplicata, mutata. Stamina typice 5 l. infra, tori margini inserta. Stigmata 2-3 in ovario unico centrali. Fructus utricularis, calyce persistente subtectus, monospermus, placenta centrali. Albumen farinaceum. *Herbæ l. fruticuli aridi, foliis suboppositis integerrimis, stipulis scariosis, floribus parvis virescentibus glomeratis. Fr. l. c. p. 118.*

218. Scleranthus *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla 0. Stamina 10 fertilia. Capsula utricularis monosperma. — *Folia subulata.*

424. *S. annuus L.* (W. Goth. n. 282) calycibus vix marginatis acutis.

Hab. in agris etc. passim. Maj. — Jul. ⊙.

425. *S. perennis L.* (W. Goth. n. 283) calycibus albo-marginatis obtusis.

Hab. in collibus etc. passim. Maj. — Jul. ♃.

CLASSIS IX. CENTRIFLORÆ.

Stamina inserta centro floris sev calycis fundo, indeque hypogyna, tori annulo haud juncta. Torus exiguus, in calycis centro adnatus, obsoletusque. Sepala coalita. Corolla, nisi deficeret, cum staminibus inserta. Fructus, excepto Vaccinio, liber. *Stipulæ o, l. membranaceæ intra-petiolares. Folia subsimplicia. — Fr. l. c. p. 119.*

FAM. XLII. ERICINEÆ Juss.

Calyx 4-5-fidus, lobis per æstivationem imbricatis. Corolla toro imo calyci adnato disciformi inserta, nunc gamo-nunc poly-petala æstivatione imbricata. Stamina libera, centro floris inserta, petalis dupla. Antheræ biloculares, rima porove dehiscentes, sæpe appendiculatæ. Stylus 1, stig-

mate simplice. Fructus baccatus l. capsularis, e tot ovariis quot lobi calycis connatus, placentis columnæ centrali adnatis. Albumen carnosum, embryone axili recto. *Fruticuli aridi, foliis simplicibus exstipulatis. Flores hermaphroditi. Fr. l. c.*

Trib. I. Vaccinieæ. *Germen, toro cum calyce coalescente, inferum. Antherarum apices in tubulum pervium producti.*

219. Vaccinium *L.* Calyx 4-dentatus. Corolla campanulata 4-fida, aut rotata 4-partita. Stam. 8. Bacca 4-locularis polysperma. — *Fruticuli.*

426. V. *Myrtillus L.* (W. Goth. n. 276) pedunculis unifloris, ramis angulatis, foliis serratis.

Hab. in montibus, silvis etc. frequenter. Maj.

427. V. *uliginosum L.* (W. Goth. n. 277) pedunculis unifloris, ramis teretibus, foliis integerrimis.

Hab. in uliginosis montium frequenter. Maj.

428. V. *Vitis idæa L.* (W. Goth. n. 278) racemis terminalibus nutantibus, foliis denticulatis.

Hab. cum prioribus frequenter. Maj.

429. V. *Oxycoccos L.* corolla reflexa, caulibus filiformibus repentibus, foliis integerrimis revolutis.

Oxycoccos palustris Pers. Wahlb. Goth. n. 258. Hartm. Skand.

Hab. in paludibus, passim. Jun. Jul.

Trib. II. Ericeæ. *Germen superum. Torus manifestus.*

220. Arbutus *L.* Calyx 5-partitus. Corolla ovata 5-dentata. Stam. 10. Antheræ bicalcaratæ. Bacca 5-locularis.

430. A. *uva ursi L.* foliis coriaceis integerrimis.

Hab. in ericetis in monte Haberget prope Utby *(Prof. Wahlberg)*. Maj. Jun. Flores albido-rosei.

221. Erica *L.* Calyx (in E. vulg. duplex) 4-sepalus. Corolla subcampanulata 4-fida. Stamina 8. Capsula 4-locularis, 4-valvis. — *Flores rosei.*

431. E. *vulgaris L.* floribus racemosis, calyce interiori colorato corolla sublongiori.

Calluna Erica Dec. Wahlb. Goth. n. 260. Hartm. Skand.

Hab. in sterilibus frequentissime. Jul. Aug.

432. E. *Tetralix L.* (W. Goth. n. 259) floribus capitatis, calyce simplici herbaceo.

Hab. cum priori locis uliginosis frequenter. Jul. Aug.

222. Andromeda *L.* Calyx 5-partitus. Corolla ovata limbo 5-dentato. Stamina 10. Antheræ apice bicalcaratæ. Capsula 5-locularis.

433. A. *polifolia L.* (W. Goth. n. 279) floribus subglobosis, foliis lanceolatis margine revolutis subtus albidis.

Hab. in paludibus passim v. c. inter Lagklarebäck et Gunnebo. — Jun. Flor. rosei.

223. Ledum *L.* Calyx 5-dentatus. Corolla 5-petala. Stam. 10. Antheræ apice 2-poræ, muticæ. Capsula 5-locularis.

434. L. *palustre L.* (W. Goth. n. 275) foliis subtus ferrugineo-tomentosis margine revolutis.

Hab. in palude Gunnebomåsse (Wahlb. l. c.). Jun. Flores albi.

224. Pyrola *L.* Calyx 5-partitus. Petala 5. Stamina 10. Antheræ bicornes. Capsula 5-locularis, angulis dehiscens. — *Scapi racemosi.*

435. P. *rotundifolia L.* stylo declinato corolla aperta longiore.

Hab. in nemoribus prope Gunnebo, ubi legit *Kullman.* Jul. ♃. Flores albi.

436. P. *media Sw.* (W. Goth. n. 280) stylo recto corollam subglobosam excedente.

Hab. in nemoribus inter Lilla et Stora Enggården. — Jun. ♃. Flores albi.

437. P. *minor L.* (W. Goth. n. 281) corolla globosa stylum includente.

Hab. in lucis ad Gunnebo. — Jun. ♃. Flores albi.

FAM. XLIII. EMPETREÆ Hook.

Calyx liber, tripartitus, lobis imbricatis, toro haud prominente. Petala 3 cum staminibus toti-

dem alternis, ob flores diclines, exacte centrum floris occupantia. Filamenta capillaria, antheris haud appendiculatis. Stigmata subsessilia, radiantia, numero ternario simplici l. 2-3-plicato. Fructus baccatus ex ovariis 3-9 arcte connatis loculosus, seminibus solitariis. Albumen carnosum; embryo rectus axilis. *Fruticuli, habitu Ericæ. Fr. l. c. p. 122.*

225. Empetrum *L.* Dioicum. Calyx bracteatus 3-sepalus. Corolla 3-petala. Stamina 3, filamentis longis. Bacca 6-9-sperma.

438. E. *nigrum L.* (W. Goth. n. 612) procumbens, baccis nigris.

Hab. in ericetis frequentissime. Apr.

FAM. XLIV. EUPHORBIACEÆ Juss.

Flores diclines. Calyx liber, definite partitus, toro haud prominente. Petala calycis lobis alterna l. nulla. Stamina centro floris inserta, antheris haud appendiculatis. Styli 2, 3, stigmatibus divisis. Fructus 2, 3 (raro plures) primo angulis centralibus cohærentes, demum secedentes, elastice secus suturam dehiscentes, pericarpio duplici. Semina 1, 2, arillata, angulo interiori sub apice suspensa. Albumen carnosum; embryo axilis. *Arbores l. frutices, apud nos herbæ lactescentes. Folia simplicia stipulis nullis l. membranaceis lateralibus. Flores sæpe aggregati, imperfecti. — Fr. l. c. p. 123.*

226. Euphorbia *L.* Flos compositus androgynus. Involucrum 8-10-fidum. Flosculi masc. plures monandri. Fl. femineus solitarius centralis, stylis 3. Capsula 3-cocca loculis monospermis.

439. E. *palustris L.* (W. Goth. n. 329) capsulis verrucosis, ramis lateralibus sterilibus, foliis lanceolatis subserrulatis glabris, radice perenni.

Hab. in insulis Styrsö, Vinga, Dannemarks-Lilja etc. frequenter. Jun. 24.

440. E. *Peplus L.* (W. Goth. n. 327) capsulis verrucosis, foliis obovatis in petiolum attenuatis integerrimis.

Hab. in cultis passim. Jun. — Aug. ⊙.

441. E. *Helioscopia L.* (W. Goth. n. 328) capsulis lævibus, foliis cuneiformibus sessilibus serratis.

Hab. in cultis frequenter. Jul. Aug. ⊙.

227. Mercurialis *L.* Dioica. Calyx tripartitus. Corolla o. — Stam. 9-12. Styli 2. Capsula dicocca 2-locularis.

442. M. *perennis L.* (W. Goth. n. 617) foliis petiolatis lanceolatis scabris.

Hab. in nemoribus petrosis passim ex. gr. in Slottsskogen, ad Gunnebo etc. Apr. Maj. ♃.

FAM. XLV. POLYGONEÆ Juss.

Calyx persistens, typice 3-partitus, lobis per æstivationem imbricatis, toro fundo adnato. Petala persistentia, nunc totidem distinctam seriem interiorem sistentia herbacea s. calycina; nunc pauciora in calycem, hinc coloratum, immediate transeuntia. Stamina centro floris inserta, definita, typice ad sepala gemina. Styli 2-3, liberi l. conjuncti, stigmatibus distinctis, passim plumosis. Fructus simplex centralis, nucamentaceus, monospermus, subtriqueter. Semen fundo affixum, albuminosum, embryone inverso. ***Herbæ, raro frutescentes, caulibus nodoso-articulatis nodis vaginis intrafoliaceis terminatis. Folia alterna. Fr. l. c. p. 124.***

Trib. I Lapatheæ. ***Perianthium biseriale, utrumque herbaceum perfectum. Stamina ante sepala tantum geminata. — Petala*** valvulæ ***dici solent.***

228. Rumex *L.* Calyx 3-partitus. Petala 3 demum in valvulas fructum tegentes excrescentia. Stamina 6. Nucula triquetra.

* ***Flores hermaphroditi.***

443. R. *Hydrolapathum Huds.* (W. Goth. n. 243) valvulis graniferis triangulari-oblongis integris, verticillis confertis, foliis inferioribus utrinque attenuatis acutis.

R. aquaticus Fr. Nov. Top. Scan.

R. acutus Wahlenb. Suec.

Hab. ad. ripas fluvii Göthaelf, in amnibus etc. frequenter. Jul. Aug. ♃.

444. R. *maximus Schreb.* valvulis graniferis ovato-triangularibus integris, verticillis confertis, foliis inferioribus basi cordatis oblongis. — *Fr. Nov.*

Hab. ad viam novam inter urbem et Masthugget ut etiam prope Stampen secus amnem Fattighusån. — Jul. Aug. ♃.

A priori semper facile distinguitur, nec unquam commutari possunt; nullum transitum observavimus. An vero sit hybriditas illius et sequentis, ut multi sunt augurati, difficillimum dictu, ceterumque species, me judice, *R. cristato* longe melior.

445. R. *Friesii (mihi)* valvulis nudis late-cordatis obtusis integerrimis, verticillis confertissimis, foliis superioribus basi ovatis, inferioribus late cordato-triangularibus.

R. aquaticus Auct. var.; Wahlb. Goth. n. 244.

R. Hippolapathum. β. palustris Fr. Nov.

Hab. ad ripas etc. frequenter, ut in peninsula Gammelstadsholme etc. Jul. Aug. ♃. Folia radicalia interdum cordata! Planta a sequente semper mihi visa est diversa!

Omnis contentio de nominibus Linneanis ad finem perducenda valde mihi saltim videtur difficilis. Linnæum et *Rumicem Hydrolapathum* et *Friesii* confundisse denegari quidem non potest. Optime mihi visum est illi servare nomen illud minime vexatum *Hydrolapathum*, licet *"aquaticus"* aptissimum, ne denuo oriatur confusio; et hunc *"Friesii"* nomine designans, si hujus Cel. Viri memoriam, ut in corde semper sic in regione mea natali, perennantem opto, libenter excusor.

446. R. *domesticus Hartm.* valvulis cordatis acutiusculis nudis subintegerrimis, verticillis confertis, foliis inferioribus basi cordato- aut ovato-lanceolatis undulatis.

R. crispus β. Wahlb. Goth.

R. Hippolapathum α. Fr. Nov.

R. aquaticus β. Wahlenb. Suec.

Hab. ad pagos etc. frequenter. Jul. Aug. ♃.

447. R. *crispus L.* (W. Goth. n. 242.) valvulis graniferis cordatis integerrimis, verticillis confertis, foliis utrinque attenuatis crispis.

Hab. cum priori, frequenter. Jul. Aug. ♃.

Hujus et sequentis forsitan hybriditas est *R. cristatus Wallr.*, multis locis mihi obvius, semper vero crescens inter illos, ut in Scania ad Cimbritshamn, Tågarp, Lund, Malmö etc., — et in insula Orost Bahusiæ. Duæ præcipue occurrunt formæ, altera *R. crispo*, altera *R. obtusifolio* proxima; valvulæ prioris dentatæ, folia basi ovato- l. subcordato-lanceolata; hujus valvulæ oblongæ et fere ut in *R. obtusifolio* dentatæ, folia basi late cordata oblonga acutiuscula et fere *Rumicis maximi*. *Cnfr. Wim. et Grab. Flor. Siles. p. 345.* — Hunc *Rumicem*, ni fallimur, prope Gothob. ad Lerje olim legimus.

448. R. *obtusifolius L.* (W. Goth. n. 245) valvulis graniferis triangulari-oblongis dentatis, verticillis inferioribus distinctis foliatis, foliis radicalibus cordatis obtusis.

Hab. in ruderatis, ad vias etc. passim. Jul. Aug. ♃.

449. R. *conglomeratus Schreb.* valvulis graniferis oblongis integerrimis, verticillis approximatis, foliis inferioribus ovato-lanceolatis.

Hab. in ruderatis prope Gothoburgum, rarius. Jul. Aug. ♃.

450. R. *maritimus L.* (W. Goth. n. 246) valvulis graniferis subovatis dentatis, dentibus setaceis, foliis sublinearibus undulatis.

Hab. in litore marino limoso par. Askim, et in insula Grötö (Wahlb. l. c.). Jul. Aug. ♃.

** *Flores diclines.*

451. R. *Acetosa L.* (W. Goth. n. 247) foliis sagittatis oblongis.

Hab. in pratis frequenter. Jun. Jul. ♃.

452. R. *Acetosella L.* (W. Goth. n. 248) foliis hastatis lanceolatis.

Hab. locis siccissimis frequenter. Jun. Jul. ♃.

Trib. II. Polygoneæ. *Perianthii colorati series exterior in interiorem incompletam immediate transit. Stamina ante sepala geminata, solitaria ante petala.*

229. Polygonum *L.* Calyx 5-partitus coloratus. Stamina 5-8. Nucula triquetra calyce tecta.

* *Stamina 8.*

453. P. *viviparum L.* spica unica, foliis oblongis margine revolutis.

Hab. in pratis uliginosis prope Trädgården in Slottsskogen et ad Gunnebo. Jun. Jul. ♃. Flores albi.

454. P. *Convolvulus L.* (W. Goth. n. 269) volubilis, laciniis calycis fructiferi obtuse-carinatis, foliis cordato-sagittatis.

Hab. in agris frequenter. Jul. Aug. ⊙.

455. P. *dumetorum L.* (W. Goth. n. 270) volubilis, laciniis calycis fructiferi alatis, foliis cordatis.

Hab. in dumetis passim. Jul. Aug. ⊙.

456. P. *aviculare L.* (W. Goth. n. 268) procumbens, floribus axillaribus, foliis oblongis.

Hab. ad vias etc. ubique. Maj. — Sept. ⊙.

** *Stamina 6.*

457. P. *minus Huds.* (W. Goth. n. 266) spicis tenuibus erectis, foliis lineari-lanceolatis, ochreis ciliatis.

Hab. in fossis peninsulæ Gamlestadsholme et in par. Askim passim. Jul. Aug. ⊙. Sapor mitis.

458. P. *Hydropiper L.* (W. Goth. n. 267) spicis filiformibus nutantibus, foliis lanceolatis, ochreis ciliatis.

Hab. in fossis frequenter. Jul. — Sept. ⊙. — Sapor acer.

459. P. *laxiflorum Weihe* spicis tenuibus erectis, foliis lanceolatis, ochreis longe ciliatis.

Hab. prope Gammelstaden *(Prof. Wahlberg)* Jul. — Sept. ⊙. Sapor mitis. Specimina ad manum non habemus.

460. P. *Persicaria L.* (W. Goth. n. 265) spicis oblongis, pedunculis lævibus, foliis lanceolatis, ochreis ciliatis.

β. incanum foliis subtus incanis.

P. biforme Wahlenb. Suec.

Hab. in fossis circa Gothoburgum frequenter. Jul. Aug. ⊙.

461. P. *lapathifolium Ait.* (W. Goth. n. 264) spicis oblongis, pedunculis scabris, foliis lanceolatis.

P. Persicaria Wahlenb. Suec.

β. nodosum floribus sæpe roseis. *P. nodosum Pers. Reichenb. excurs.*

Hab. in agris, fossis etc. frequentissime. Jul. Aug. ⊙. *β.* forsitan specie distinguendum.

*** *Stamina 5.*

462. P. *amphibium L.* (W. Goth. n. 267) spicis oblongis, foliis basi ovatis aut subcordatis oblongis.

β. terrestre caule erecto.

Hab. in aquis etc. frequenter. Jul. Aug. ♃. — *P. amphib. α. natans Wallr. Sched. Crit. p. 190.* in fluvio Göthaelf.

FAM. XLVI. CHENOPODIEÆ. Juss.

Calyx liber, definite partitus, post anthesin sæpe auctus, lobis imbricatis; toro in fundo expanso. Petala nulla. Stamina centro calycis adnata, lobis calycinis opposita et æqualia, sed defectu sæpe pauciora. Stigmata 2, raro ultra, quandoque connata. Fructus simplex, centralis, utricularis, calyce persistente sæpe auctus. Semen fundo loculi adfixo, albumine subfarinaceo, embryone curvato. ***Herbæ, passim frutices sempervirentes; Folia simplicia typice opposita, sed sæpe sparsa; stipulæ l. vaginæ 0. Fr. l. c. p. 131.***

230. Atriplex *L.* Flores polygami. *Mas:* Calyx 5-partitus. Stamina 5. *Fem.* Calyx 2-partitus. Stigmata 2. — Utriculus monospermus, calyce increscente inclusus.

463. A. *latifolia Wahlenb.* valvulis triangularibus dentatis integerrimisve, foliis subhastatis.

A. patula Wahlb. Goth. n. 183.

Hab. in litore marino frequenter. Jul. Aug. ⊙. Planta eximie polymorpha, cujus varietates insigniores videas apud *Cel. Wahlberg l. c.*

464. A. *angustifolia Sm.* (W. Goth. n. 184) valvulis rhomboideis integerrimis, foliis superioribus lanceolatis, inferioribus subhastatis.

Hab. in ruderatis, fimetis etc. frequenter. Jul. — Sept. ⊙.

465. A. *litoralis L.* (W. Goth. n. 185) valvulis ovatis dentatis, foliis linearibus.

Hab. in litore marino frequenter. Jul. — Sept. ⊙.

231. Chenopodium *L.* Flores hermaphroditi. Calyx 5-partitus. Stamina 5. Utriculus monospermus calyce persistente inclusus. Semen horizontale embryone periphærico, albumine carnoso. — *Folia plana.*

466. C. *Bonus Henricus L.* (W. Goth. n. 177) spicis aphyllis, foliis triangulari-hastatis subintegerrimis, subtus farinosis.

Hab. ad pagos passim ex. gr. in par. Askim. Jun. Aug. ♃.

467. C. *rubrum L.* (W. Goth. n. 179) spicis erectis foliosis, foliis rhomboideo-triangularibus laciniato-dentatis.

Hab. in cultis etc. frequenter. Jul. — Sept. ⊙.

468. C. *urbicum L.* (W. Goth. n. 178) spicis confertis strictis cauli adpressis, foliis triangularibus grosse dentatis.

Hab. ad pagos passim v. c. ad Mölndal. Jul. Aug. ⊙.

469. C. *album L.* (W. Goth. n. 180) spicis glomeratis farinosis, foliis superioribus lanceolatis integris, inferioribus rhomboideo-ovatis sinuato-dentatis.

Ch. viride L. β album Wahlb. Goth. n. 180 β.

β viride spicis ramosis elongatis recurvis.

C. viride Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in cultis frequenter. *β* locis pinguibus. Jul. — Sept. ⊙.

470. C. *glaucum L.* (W. Goth. n. 181) diffusum, spicis glomeratis, foliis oblongis sinuato-repandis subtus farinaceo-glaucis.

Hab. ad fimeta etc. frequens. Jul. — Sept. ⊙.

471. C. *polyspermum L.* (W. Goth. n. 176) decumbens, racemis axillaribus, foliis ovatis integerrimis obtusis.

β acutifolium foliis acutis.

C. acutifolium Auctor.

Hab. in cultis, rarius. Jul. Aug. ⊙.

232. Schoberia *Meyer.* Flores hermaphroditi. Calyx 5-partitus. Stamina 5. Utriculus monospermus calyce per-

sistente involucratus. Semen horizontale embryone spirali, albumine nullo. — *Folia subulata.*

472. S. *maritima C. A. Mey.* glabra, caule diffuso.

Salsola chenopodioides Wahlb. Goth. n. 186.
Chenopodium marit. Linn. Wahlb. Svec.

Hab. in litore marino insulæ Fillskär (Wahlb. l. c.). Jul. Aug. ⊙.

233. Salsola *L.* Flores hermaphroditi. Calyx 5-partitus. Stamina 5. Utriculus monospermus calycis grandescentis lamina interiori inclusus. Semen horizontale embryone spirali, albumine nullo. — *Folia subulata.*

473. S. *Kali L.* (W. Goth. n. 187) hirsuta, foliis mucronato-spinosis.

Hab. in litore marino prope Ganled (Wahlb. l. c); in insula Grötö etc. Jul. Aug. ⊙.

234. Salicornia *L.* Flores hermaphroditi, in spadice. Calyx ventricosus integer. Stamina 1-2. Utriculus monospermus. Embryo albumine nullo. — *Herba carnosa aphylla.*

474. S. *herbacea L.* (W. Goth. n. 1).

Hab. in litore marino insulæ Styrsö (Wahlb. l. c.) et ad Ganled. Jul. Aug. ⊙. Variat erecta et prostrata = *S. herbac. β Wahlb. Goth. Wahlenb. Svec.*

SERIES IV. INCOMPLETÆ.

Flores variis rationibus incompleti et inconditi, præcipue recedentes *defectu tori.* Perianthium nullum l. asymetricum, squamaceo-imbricatum, nec verticillatum l. e bracteis coalitis concentratis simplex, nunc corollinum, nunc calycinum. Stamina non e toro incrassato, ut in omnibus præcedentibus, sed e perianthio l. rachi orta. *Flores multis definite diclines indeque difformes. Fr. l. c. p. 136.*

CLASSIS X. BRACTEIFLORÆ.

Perianthium simplex, concentricum, vulgo rude corollinum, sed perianthio interiori discreto ob to-

rum haud dilatatum l. incrassatum absolute carent. Stamina e germine l. perianthio, nullo mediante toro, enata, opposita. *Fr. l. c. p. 137.*

FAM. XLVII. URTICEÆ Juss.

Flores diclines s. definite polygami. Perianthium herbaceum, calycinum difforme: ♂ 3-5-vulgo 4-partitum, staminiferum; ♀ varium obsoletumve. Stamina libera, perianthii lobis numero æqualia et opposita. Styli 2, basi vel omnino conjuncti, stigmatibus totidem sæpe penicillatis. Fructus superus (perianthio tamen sæpe inclusus), simplex, centralis, unilocularis, vulgo nucamentaceus. Semen erectum, albumine subnullo. *Herbæ, paucæ exoticæ fruticosæ, sæpe stipulatæ, ramis suboppositis* (ut folia typice), *foliis scabris integris aut palmato-divisis. Inflorescentia aggregata, in amentaceam sensim transiens. Fr. l. c. p. 140.*

235. Urtica *L.* Flores monoici l. dioici. *Mas:* Perianthium 4-partitum. Stamina 4. *Fem.* Perianthium 4-partitum inæquale. Nucula monosperma calyce tunicata.

475. U. *urens L.* (W. Goth. n. 591) monoica, foliis ellipticis oppositis serratis.

Hab. in cultis etc. frequenter. Jun. — Sept. ⊙.

476. U. *dioica L.* (W. Goth. n. 592) dioica, foliis cordatis oppositis serratis.

Hab. ad pagos, domos etc. frequenter. Jun. — Sept. ♃.

236. Humulus *L.* Flores dioici. *Mas:* Flores paniculati. Perianthium 5-partitum. Stamina 5. *Fem.* Flores in amento strobilaceo, singulis bracteatis, sub squamis maximis. Nucula monosperma.

477. H. *Lupulus L.* (W. Goth. n. 613) volubilis, foliis palmatis scabris.

Hab. locis umbrosis et petrosis ex. gr. ad rivulum Lagklarebäcksbäck (Wahlb. l. c.), in Ramberget insulæ Hisingen etc. passim. Jul. Aug. ♃.

CLASSIS XI. JULIFLORÆ.

Flores diclines l. polygami, in receptaculo communi *(amento)* simplici aut ramoso, basi l. inter flores squamoso-bracteato, congesti. Torus nullus. Perianthium proprium accidentale, e squamis alternis s. bracteolis formatum, irregulare aut nullum. Stamina ex amento ipso l. bracteis squamosis enata. ***Arbores l. frutices, anthesi præcoci ante folia rite explicata. Fr. l. c. p. 141.***

FAM. XLVIII. FRAXINEÆ. Fr.

Flores polygami, in amento paniculato soluti, amentis præcocibus basi aphyllis ibidem tantum squamis oppositis bracteati; amentis ramulis foliosis pedunculatis singuli simplici l. duplici squamarum quaternatarum serie involucrati. Stamina 2, libera, pedicellorum apici inserta. Stylus 1, stigmate simplici. Fructus a duobus ovariis connatus: samara bilocularis loculis monospermis. Albumen corneum; embryo rectus. ***Arbores, ramis foliisque oppositis, exstipulatis, impari-pinnatis integrisve. Fr. l. c. p. 142.***

237. Fraxinus ***L.*** Calyx et Corolla 0. — ***Flor. hermaphr.*** Stamina 2. Pistil. 1. Samara 2-locularis, monosperma.

478. F. ***excelsior L.*** (W. Goth. n. 6) foliolis lanceolatis acuminatis serratis.

Hab. in nemoribus rarior. Maj.

FAM. XLIX. AMENTACEÆ L. Juss.

Flores monoici, raro androgyni, amentacei, squamis insidentes l. bracteati. Perianthium partiale vagum, squamaceo-concretum l. nullum; in feminis germini adcretum. Nectaria 0. Stamina definita, libera, numero quinario l. sæpius quaternario simplici l. multiplacato. Styli tot quot ova-

ria connata, basi conjuncti (rubelli). Fructus *ex ovariis 2 aut pluribus connatus*, sed abortu vulgo unilocularis, monospermus, nucamentaceus, perianthio plus minus manifeste inclusus. Semen pendulum, exalbuminosum, radicula versus apicem. *Arbores l. frutices ramis foliisque sparsis, his planis, penni-nerviis, in nostris deciduis; multis vero exoticis sempervirentibus. Stipulæ liberæ, marcescentes. Fr. l. c. p. 143.*

Trib. I. Cupuliferæ. *Squamæ femineæ inferiores vacuæ in cupulam connatæ. Fructus: nux, perianthio manifeste includitur.*

238. Quercus *L.* Monoica. *Mas:* Amenta elongata, laxa. Perianthium 6-8-partitum, staminibus 6-10. *Fem.* Involucrum squamis imbricatis lignescens. Perianthium ovario adnatum 6-dentatum. Stigmata 3. Nux in cupula.

479. Q. ***Robur** L.* (W. Goth. n. 598) fructibus pedunculatis oblongo-ellipticis, foliis oblongis sinuatis.

β. sessiliflora fructibus subsessilibus subrotundo-ellipticis, foliis magis petiolatis.

Q. sessiliflora Smith. Wahlb. Goth. n. 599.

Hab. in silvis nemoribusque frequenter, *β* in montibus. Maj.

239. Fagus *L.* Monoica. *Mas:* Amenta subglobosa longe pedunculata, pendula. Perianthium 6-fidum. Stamina 8-12. *Fem.* Involucrum 4-valvis nuces binas triquetras fovens.

480. F. ***silvatica** L.* (W. Goth. n. 597) foliis ovalibus glabris.

Hab. versus Lerum (Wahlb. l. c.), ad Gunnebo rarius. Maj. —

240. Corylus *L.* Monoica. *Mas:* Amenta cylindrica squamis imbricatis. Squamæ perianthii 2. Stamina 8. *Fem.* Amenta gemmacea. Styli 2. Nux perianthio aucto involucrata.

481. C. ***Avellana** L.* (W. Goth. n. 596) calycibus fructus campanulatis laceratis, foliis subrotundo-cordatis acuminatis.

Hab. in nemoribus etc. frequenter. Mars Apr.

Trib. II. Ulmeæ. *Squamæ (floris androgyni l. abortu diclinis) in perianthium spurium et rude connatæ. Fructus samaroideus, membranaceo-compressus e perianthio ♀ laxe cingente.* Quasi *Betula* inversa.

241. Ulmus *L.* Hermaphrodita. Perianthium quinquefidum coloratum. Stamina 4-5. Samara suborbiculata 1-sperma.

482. U. *campestris L.* (W. Goth. n. 188) floribus conglomeratis, foliis duplicato-serratis scabris.

Hab. in lucis, rarior; frequentior culta. Apr. Maj.

Trib. III. Betulineæ. *Squamæ femineæ conformes, 2-3-floræ, masculæ peltato-coalitæ. Fructus: nucula, perianthio haud discernendo arcte inclusa.*

242. Betula *L.* Monoica. *Mas:* Amenta cylindrica squamis pedicellatis biauriculatis imbricatis; perianthii squamæ 3; stamina 12. *Fem.* Amenta squamis trilobis imbricatis; perianthii squamæ nullæ; stigmata 2. Nucula alata (samara).

483. B. *alba L.* (W. Goth. n. 594) foliis ovatis acutis duplicato-serratis.

Hab. in lucis ad Gunnebo (Wahlb. l. c.) etc. passim. Maj.

484. B. *nana L.* (W. Goth. n. 595) foliis orbiculatis obtusis crenatis.

Hab. in palude Lagklarebäcks mâsse (Wahlb. l. c.) Maj.

243. Alnus *Willd.* Monoica. *Mas:* Amenta cylindrica squamis peltatis margine squamis minoribus auctis; perianthium 4-partitum; stamina 4. *Fem.* Amenta ovata, squamis imbricatis; perianthii squamæ 4; stigmata 2. Nucula aptera.

485. A. *glutinosa Willd.* (W. Goth. n. 593) foliis subrotundis glutinosis.

Hab. in lucis, ad aquas etc. frequenter. Apr.

FAM. L. SALICINEÆ Rich.

Flores dioici, spicato-amentacei, singuli squama simplici bracteati. Perianthium 0, nisi glan-

dulas l. squamulam nectariferas huc trahere lubet. Stamina typice libera. Stigmata 2 sæpe partita. Fructus: capsula unilocularis bivalvis. Semina numerosa, valvulis medio placentiferis inserta, basi papposa, albumine nullo. *Arbores l. frutices, foliis simplicibus, alternis, stipulis liberis. Fr. l. c. p. 146.*

244. Populus *L.* Amenta utriusque sexus elongata similia squamis incisis, perianthiis cyathiformibus. *Mas:* Stamina 8-12. *Fem.* Stigmata 2 bipartita. Capsula 1-locularis 2-valvis.

486. P. *tremula L.* (W. Goth. n. 615) foliis orbiculatis utrinque glabris.

Hab. in nemoribus etc. frequenter. Apr. Maj.

487. P. *alba L.* (W. Goth. n. 616) foliis subrotundis subtus tomentosis.

Hab. circa Partele (Wahlb. Goth.). Apr. Maj.

245. Salix *L.* Amenta utriusque sexus cylindrica l. ovata squamis lanceolatis glandulisque nectariferis. *Mas:* Stamina 1-5. *Fem.* Stigmata 2 biloba. Capsula 1-locularis 2-valvis.

* Amerina, *nectariis geminis.*

488. S. *pentandra L.* (W. Goth. n. 607) staminibus 5, capsulis sessilibus, foliis oblongis serratis glabris nitidis.

Hab. in uliginosis ex. gr. prope viam ad Haga (Wahlb. Goth.) et in insula Hisingen prope Rya, in Vinga etc. Maj.

489. S. *amygdalina L.* staminibus 3, capsulis pedicellatis, foliis lanceolatis acute serratis glabris.

Hab. in insula Gammelstadsholme aliisque locis circa Gothoburgum ubi tamen, ut in Scania, initio certe culta. Mares tantum obvii. — Maj.

490. S. *fragilis L.* (W. Goth. n. 606) amentis laxis, capsulis subsessilibus, foliis lanceolatis acuminatis serratis glabris.

Hab. ad vias etc. passim culta. Maj.

491. S. *viridis Fr.* amentis erectis, capsulis pedicellatis, foliis lanceolatis acuminatis serrulatis glaberrimis.

S. alba γ Wahlenb. Svec.

Hab. ad vias passim ex. gr. inter Gothob. et Lerje frequenter. Maj. — Rami non fragiles.

492. S. *alba L.* capsulis subsessilibus, foliis lanceolatis acuminatis serrulatis utrinque sericeis.

Hab. ad pagos, vias etc. culta *(Prof. Wahlb.)*

** *Vetrix, nectariis solitariis.*

493. S. *viminalis L.* (W. Goth. n. 611) capsulis subsessilibus, foliis linearibus integerrimis margine revolutis subtus sericeis argenteis.

Hab. prope Säveån ad Gammelstaden (Wahlb. l. c.); ad sepes, pagos etc. frequenter culta. Apr. Maj.

494. S. *lanceolata Ser.* capsulis pedicellatis, foliis lineari-lanceolatis integris subtus tomentosis canescentibus.

Hab. ad pagos etc. culta v. c. inter Kärra et Kungsbacka, inter Slottsskogen et templum Frölunda etc. — Maj.

495. S. *Capræa L.* (W. Goth. n. 610) capsulis pedicellatis, foliis ovalibus crenatis, supra glabris, subtus tomentoso-cinereis.

Hab. in silvis, pratis etc. frequenter. Apr. Maj.

496. S. *aurita L.* capsulis pedicellatis, foliis obovatis crenatis rugosis utrinque pubescentibus.

Hab. in pratis silvaticis humidis ubique frequenter. Maj.

497. S. *cinerea L.* (W. Goth. n. 609) capsulis pedicellatis, foliis oblongis crenatis rugulosis utrinque cinereo-villosis.

Hab. cum præcedente frequenter. Apr. Maj.

498. S. *repens L.* capsulis pedicellatis, foliis oblongis integris subtus sericeis glaucisve.

S. fusca cum β. Wahlb. Goth. n. 608.

Hab. in pascuis etc. frequenter Apr. Maj.

FAM. LI. MYRICEÆ Rich.

Plurima ut in *Salicinis*, sed stamina submonadelpha, amenta feminea demum strobilacea, et in floribus ♀ adest perianthium proprium squa-

mulosum in pericarpium exterius constrictum. Maxime vero tam ab his, quam Amentaceis differt germine holocarpo, jam primitus uniloculari, ovulo centrali, fructu drupaceo, semine erecto. *Frutices, plures resina aromatica, foliis simplicibus deciduis exstipulatis. (Numerus typicus ternario-duplicatus). Fr. l. c. p. 150.*

246. Myrica *L.* Dioica. *Mas:* Amenta cylindrica squamis concavis; perianthium 0.; stamina 4. *Fem.* Amenta ovata; perianthii squamæ 2-4, minimæ; stigmata 2. Nucula perianthio involucrata, monosperma.

499. M. *Gale L.* foliis basi cuneatis lanceolatis apice serratis.

Hab. in uliginosis montium frequenter. Apr. Maj.

FAM. LII. CONIFERÆ L. Juss.

Flores monoici l. dioici. Amenta mascula exserunt columnam staminum monadelphorum, squamis (bracteolis) involucratam, perianthio proprio nullo. Amenta feminea spicata, squamis aliis bracteosis, aliis floriferis increscentibus et lignescentibus imbricata. Ovarium uniloculare, uniovulatum, stigmate punctiformi, abit in semen proprie nudum, sed perianthio indurato inclusum (nucamentaceum) squamisque floriferis obtectum (strobili). Albumen carnosum. *Arbores l. frutices, foliis simplicibus rigidis, sæpius perennibus exstipulatis. Fr. l. c. p. 151.*

247. Pinus *Link.* Monoica. *Mas:* amenta amentulis pluribus composita racemosa, squamis imbricatis staminiferis; antheræ loculis 2 longitudinaliter dehiscentes. — *Fem.* Amenta terminalia simplicia squamis acuminatis; ovaria 2. Strobilus ovatus, squamis apice incrassatis angulosis; nuculæ alatæ.

500. P. *silvestris L.* (W. Goth. n. 604) foliis geminis rigidis.

Hab. in monte Råberget prope Råda aliisque ejusdem regionis locis (Wahlb. l. c.). Maj.

248. Abies *Tourn.* Monoica. *Mas:* Amenta solitaria squamis imbricatis staminiferis; antheræ loculis 2 rima transversali dehiscentes. *Fem.* Amenta oblonga sparsa simplicia; ovaria 2. Strobilus oblongus, squamis apice rotundatis nec incrassatis et angulosis; nuculæ alatæ.

501. A. *excelsa Dec.* foliis sparsis.

Pinus Abies Linn. Wahlb. Goth. n. 605.

Hab. cum priori (Walhb. l. c.). Jun. Jul.

249. Juniperus *L.* Dioica. *Mas:* Amenta axillaria ovata, squamis peltatis. *Fem.* Amenta minima squamis basi sterilibus, supremis ovaria 3 foventibus demumque in strobilum trispermum baccatum coalescentibus.

502. J. *communis L.* (W. Goth. n. 618) foliis ternis bacca longioribus.

Hab. in sterilibus ubique. Jun.

CLASSIS XII NUDIFLORÆ.

Flores incompleti, in spadice spicati l. alares subsessiles. Perianthium nullum in perfectioribus, obsoletum spuriumve in infimis submersis. Stamina pauca vel diclinia l. germini adhærentia. *Stirpes nodoso-articulati, foliis ramisve subopposītis verticillatisve integerrimis (Lemna* et plures *Saurureæ* acaules). Perfectiores ordines, qui omnes tropici, ad Monocotyledoneas structura accedunt; cotyledones 2 sacculo proprio inclusæ sunt; nostri inundati subacotyledonei (non vero nemei) sunt, cotyledonibus l. nullis l. reliquis foliis conformibus. Structura quoque incompleta, interdum mere cellularis. *Fr. l. c. p. 154.*

FAM. LIII. CALLITRICHINEÆ Link.

Flores alares subdiclines. Perianthium obsoletum l. o, bracteis liberis fugacibus petaloideis. Stigmata plura. Ovaria 4, (involucro adnato?, in genuinis inconspicuo) conjuncta, abeunt in fructum 4-coccum, carpellis monospermis indehiscen-

tibus demum discretis. Semina pendula, plus minus albuminosa. *Herbæ aquaticæ, apicibus emergentes, foliis oppositis verticillatisve. Fr. l. c. p. 155.*

250. Myriophyllum *L.* Monoicum. *Mas:* calyx 4-partitus. Corolla: bracteæ 4 petaloideæ deciduæ; stam. 4. *Fem.* Calyx 4-dentatus. Corolla 0. Carpella 4 in capsulam 4-locularem connata.

503. M. *spicatum β. tenellum Fr. Hall.* (W. Goth. n. 600) floribus verticillato-spicatis, ♀ inferioribus axillaribus, foliis capillaceo-pinnatis.

Hab. in lacubus etc. frequenter. Jul. ♃. — M. *spicatum α* adhuc non observatum.

504. M. *verticillatum L.* (W. Goth. n. 601) floribus verticillatis axillaribus, foliis capillaceo-pinnatis.

Hab. in fossis peninsulæ Gammelstadsholme (Wahlb. l. c.) etc. frequenter. Jul. ♃.

251. Callitriche *L.* Monoica l. hemaphrodita. Calyx: foliola 2 opposita. *Mas:* Stamen 1. *Fem.* Styli 2; Carpella 4 monosperma connata.

505. C. *verna L.* carpellis obtusangulis, foliis emersis obovatis.

Hab. in fossis etc. frequenter. Jun. Jul. ⊙.

506. C. *tenuifolia Pers.* carpellis acutangulis, foliis linearibus apice integris.

C. verna β. Wahlenb. Suec.

Hab. cum priori. Jun. Jul. ⊙.

507. C. *autumnalis L.* (W. Goth. n. 5) carpellis alatis, foliis linearibus truncatis submersis.

Hab. in fossis etc. passim. Jul. — Sept. ⊙.

FAM. LIV. NAYADEÆ Juss.

Flores sparsi, ex alis l. rimis folii enati, maxime incompleti, interdum organis sexualibus amphibolis. Perianthium nullum aut obsoletum, absque bracteis petaloideis. Stamina vulgo solitaria, interdum plura intra involucrum aggregata. Stylus 1, stigmate solitario. Ovarium unicum,

uniloculare abit in nuculam submonospermam indehiscentem. Albumen nullum. *Herbæ aquaticæ, habitu vario. Fr. l. c. p. 156.*

252. Hippuris *L.* Flores hermaphroditi. Calycis limbus obsoletus. Corolla 0. Stamen 1. Nucula monosperma.

508. H. *vulgaris L.* (W. Goth. n. 2) foliis verticillatis.

Hab. in amne Mölndalsån (Wahlb. l. c.), prope Stampen etc. passim. Jul. ♃.

253. Ceratophyllum *L.* Flor. monoici. *Mas:* Antheræ in involucro multipartito sessiles. *Fem.* Stigma filiforme. Nucula stylo apiculata.

509. C. *demersum L.* (W. Goth. n. 602) nuculis basi spinosis, foliis dichotomis.

Hab. in fossis peninsulæ Gammelstadsholme (Wahlb. l. c.) etc. frequenter. Jul. ⊙.

254. Lemna *L.* Flores hermaphroditi, abortu dioici. Spatha monophylla in fissura marginali frondis. Stamina 1-2. Stigma truncatum. Nucula 1-2 sperma. *Annuæ.*

510. L. *trisulca L.* (W. Goth. n. 21) foliis lanceolatis petiolatis.

Hab. in aquis passim. — Jun.

511. L. *polyrrhiza L.* foliis subrotundis subtus coloratis, radicibus confertis.

Hab. prope Nya Jernvågen etc. passim.

512. L. *minor L.* (W. Goth. n. 22) foliis obovatis, radicibus simplicibus.

Hab. cum prioribus.

513. L. *gibba L.* foliis obovatis, subtus hæmisphæricis, radicibus simplicibus.

Hab. cum priori.

Monocotyledoneæ seu Endogeneæ.

CLASSIS XIII. FRUCTIFLORÆ.

Perianthium biseriale; utraque series triphylla; interior saltim corollina supera. Stamina epigyna, cum pistillo perianthove supero connata, numero ternario, quo inferiores familiæ eo magis duplicato. Fructus semper vere inferus, nec calyce adhærente tantum tectus. *Fr. l. c. p. 161.*

FAM. LV. ORCHIDEÆ Juss.

Perianthium irregulare, duplex, utrumque triphyllum; exterius subcoloratum, interius tripetalum, superum, labello s. petalo infimo (in flore supino) nectarifero majori, sæpe calcarato. Stamina (typice tria, unum tantum in nostris explicatur) inter se et cum stylo in columnam, labellum spectantem, connata. Anthera bilocularis, loculis sæpe remotis, rima longitudinali dehiscentibus; polline axi propriæ adfixo, granuloso in varias determinatas formas, typo binario, conglutinato. Stigma concavum. Fructus: capsula infera, unilocularis, trivalvis, lateraliter dehiscens, sexcostata. Semina numerosa, placentæ in medio singulæ valvulæ adfixa, scobiformia; embryone oblongo in basi albuminis carnosi. *Herbæ typo pure Monocotyledoneo, nempe caule simplici, vaginato, foliis alternis, simplicibus, integris, nervosis amplexo. Flores spicati l. racemosi. Fr. l. c. p. 162.*

255. Orchis *L.* Corollæ labium calcaratum trilobum.

514. O. *maculata L.* (W. Goth. n. 556) foliis lanceolatis maculatis, tuberibus palmatis.

Hab. in pascuis etc. frequenter. Jun. Jul. ♃.

256. Platanthera *Rich.* Corollæ labium integrum filiformi-calcaratum.

515. P. *bifolia Rich.* foliis duobus radicalibus immaculatis, tuberibus palmatis.

Orchis bifolia Linn. Wahlb. Goth. n. 555.

Satyrium bifolium Wahlenb. Svec.

Hab. in pascuis, silvis etc. passim. Jun. Jul. ♃. Flores albi odorati.

257. Malaxis *Sw.* Corollæ labium integrum ecalcaratum.

516. M. *paludosa Sw.* (W. Goth. n. 558) foliis spathulatis concavis, bulbo squamoso.

Ophrys paludosa Linn.

Hab. in paludibus ex. gr. in Lagklarebäcksmåsse, in insula Hisingen prope Ramberget et prope Kalfkärr *(Prof. Wahlberg).* Jul. Aug. ♃. 1-3pollicaris.

258. Serapias *L.* Corollæ labium medio incisum, lamina indivisa, ecalcaratum.

517. S. *palustris Scop.* foliis ovato-lanceolatis, radice fibrosa repente.

Epipactis palustris Sw. Wahlb. Goth. n. 559.

Hab. in prato Brudängen prope Lunnagården (Wahlb, l. c.). Jul. ♃.

FAM. LVI. IRIDEÆ Juss.

Perianthium biseriale, utraque series triphylla corollina, supera, basi coalita (gamopetala), interior minor sæpe difformis. Stamina 3 perianthio exteriori inserta (monadelpha aut libera); anth. extrorsæ loculis conjunctis parallelis. Styli tres plus minus connati, stigmatibus totidem discretis. Fructus ex ovariis tribus coalitis, capsula vere infera, trilocularis, trivalvis, valvis medio septiferis, septis in placenta centrali contiguis. Semina biserialia, indefinita, albumine copioso compacto. *Herbæ e bulbo aut rhizomate repente carnoso; foliis ensiformibus equitantibus. Fr. l. c.p.166.*

259. Iris *L.* Cfr. char. fam. supra.

518. I. *psevdacorus L.* (W. Goth. n. 27) perianthii partitionibus interioribus stigmatibus minoribus.

Hab. ad ripas amnis Mölndalsån (Wahlb. l. c.) et in fossis rivulisque par. Askim passim; in insula Hönö etc. Jun. ♃. — Flores magni lutei.

FAM. LVII. HYDROCHARIDEÆ Juss.

Flores diclines, spathacei. Perianthium biseriale, utrumque triphyllum, interius tantum petaloideum, ♀ tantum vere superum. Stamina 3, aut ternis aucta ultra 6, 9, 12, ovarii loco inserta, hinc typice epigyna, libera. Stigmata 3, 6, bifida. Fructus inferus, e carpellis 3 l. 6 connatus, loculis totidem, indehiscens, sæpe baccatus, placentis parietalibus. Semina numerosa, erecta, exalbuminosa. *Herbæ aquaticæ, subacaules, scaposæ; folia lamina distincta. Fr. l. c. p. 168.*

260. Hydrocharis *L.* Cfr. char. fam. supra.

519. H. *Morsus ranæ L.* foliis orbiculatis cordatis petiolatis natantibus.

Hab. in aquis v. c. ad Nya Jernvågen, Gammelstadsholme etc. Aug. ♃.

CLASSIS XIV. LILIIFLORÆ.

Perianthium biseriale, utraque series infera, triphylla (raro infra l. tetraphylla) interdum vero coalita in perianthium monophyllum corollinum. Stamina perianthio inserta s. amphigyna. Fructus superus, liber l. in exoticis quibusdam calyce adnatus (non vero inferus ut priorum). *Fr. l. c. p. 168.*

FAM. LVIII. LILIACEÆ Rich.

Perianthii utraque series similaris, hypogyna, corollina, interdum in corollam monopetalam connata. Stamina 6, perianthii foliis opposita et sæpius adnata, rarius circa germinis basin, antheris introrsis. Stylus et stigma 1. Fructus liber, ex ovariis tribus (raro 2) connatus, trilocularis, capsularis l. baccatus. Semina sæpius indefinita, al-

buminosa, angulo locorum centrali adfixa. *Herbæ, foliis simplicibus, subvaginantibus, vaginis indivisis; floribus sæpe speciosis. Fr. l. c. p. 169.*

TRIB. I. ASPHODELEÆ. *Fructus capsularis. Perianthium (nostris) hexaphyllum. Embryo linearis inclusus.*

261. Allium *L.* Flores umbellati spatha inclusi. Perianthium 6-phyllum. Stigma simplex. Capsula 3-locularis.

* *umbella bulbifera.*

520. A. *Scorodoprasum L.* (W. Goth. n. 217) staminibus tricuspidatis, foliis planis, vaginis carinatis.

Hab. in insulis extra Gothoburgum ex. gr. Varö, Fillskär (Wahlb. l. c.), Hallenskär, Buskär etc. frequenter. Jul. Aug. ♃.

521. A. *arenarium L.* staminibus tricuspidatis, foliis subfiliformibus, vaginis teretibus.

A. vineale Willd. Wahlb. Goth. n. 219.

Hab. in montibus passim et in insulis frequenter. Jul. Aug. ♃.

522. A. *oleraceum L.* (W. Goth. n. 218) staminibus subulatis, foliis semiteretibus scabris.

Hab. in montosis frequenter. Jul. Aug. ♃.

** *umbella sine bulbis.*

523. A. *ursinum L.* staminibus subulatis, foliis ovato-lanceolatis.

Hab. in insula prope Vinga inter frutices legit amic. *Carlsson.* Jun. ♃. Flores albi.

262. Ornithogalum *L.* Flores corymbosi sine spatha. Perianthium 6-phyllum extus viride. Filamenta basi planiuscula. Capsula 3-locularis, 3-valvis. *Flores lutei.*

524. O. *spathaceum Hayne* petalis obtusis, foliis radicalibus 2-4 filiformibus.

Hab. in nemore humido umbroso ad Trädgården in Slottsskogen meridiem versus. Maj. ♃.

525. O. *luteum L.* (W. Goth. n. 220) petalis obtusis, folio radicali solitario lineari plano.

Hab. in pratis nemoribusque frequenter. Apr. Maj. ♃.

526. O. *minimum L.* (W. Goth. n. 221) petalis acutis, folio radicali solitario lineari-filiforme.

Hab. in pratis etc. (Wahlb. l. c.). Apr. Maj. ♃. Mihi non obvium, desiderari vix potest.

TRIB. II. ASPARAGEÆ. *Fructus baccatus. Perianthium gamopetalum. Embryo in albuminis cavitate.*

263. Asparagus *L.* Perianthium 6-partitum campanulatum. Stylus brevissimus. Bacca 3-locularis, loculis 2-spermis.

527. A. *officinalis L.* (W. Goth. n. 223) caule tereti, foliis fasciculatis setaceis.

Hab. in insula Vinga (Wahlb. l. c.). Jul. ♃. Flores virides.

264. Convallaria *L.* Perianthium 6-fidum rotatum l. campanulatum. Stylus longus. Bacca 2-locularis, loculis 2-spermis.

528. C. *multiflora L.* (W. Goth. n. 226) pedunculis axillaribus multifloris, caule tereti, foliis ovatis.

Hab. ad latera rupium Gunneboensium (Wahlb. l. c.), in Slottsskogen etc. Maj. ♃.

529. C. *Polygonatum L.* (W. Goth. n. 225) pedunculis axillaribus subunifloris, caule angulato, foliis ovatis.

Hab. in rupibus supra Trädgården in Slottsskogen; in insula Varö (Wahlb. l. c.). Maj. ♃.

530. C. *majalis L.* (W. Goth. n. 224) scapo racemoso secundo, foliis ovalibus.

Hab. in nemorosis frequenter. Maj. ♃.

531. C. *bifolia L.* racemo terminali, foliis caulinis binis petiolatis cordatis.

Majanthemum Convallaria Roth. Wahlb. Goth. n. 112. — Hartm. Skand.

Hab. in nemoribus passim. Maj. Jun. ♃.

FAM. LIX. MELANTHACEÆ BROWN.

Præcedenti valde affinis, differt perianthio semicalycino, antheris sæpius extrorsis, stylis liberis, carpellis connatis quidem, subinde baccatis, sæpius capsularibus demum solutis, angulo centrali dehiscentibus. *Herbæ caule sæpius abbreviato, foliis integris vaginantibus. Fr. l. c. p. 173.*

TRIB. I. TRILLIEÆ. *Perianthium exterius manifeste calycinum. Fructus baccatus.*

265. Paris *L.* Perianthium 8-phyllum foliolis interioribus angustioribus. Stamina 8. Bacca 4-locularis, loculis polyspermis.

532. P. *quadrifolia L.* (W. Goth. n. 271) foliis 4 ellipticis verticillatis.

Hab. in nemoribus passim v. c. ad Gunnebo. Jun. ♃.

TRIB. II. HELONIEÆ. *Perianthii series conformes, extus calycinæ. Fructus capsularis tripartibilis.*

266. Narthecium *Möhring.* Perianthium 6-phyllum. Stamina 6, filamentis barbatis. Capsula trilocularis, polysperma.

533. N. *ossifragum Huds.* (W. Goth. n. 227) glabrum. *Anthericum ossifragum Linn.*

Hab. in paludosis montium passim. Jul. Aug. ♃. Flores flavi.

267. Scheuchzeria *L.* Perianthium 6-phyllum. Stamina 6. Capsulæ apice discretæ, 1-2-spermæ.

534. *S. palustris L.*

Hab. in palude Kåltorps torfmåsse *(Prof. Wahlberg).* Jul. Aug. ♃. Flores flavescentes parvi.

FAM. LX. ALISMACEÆ DEC.

Perianthium distincte biseriale, utraque series libere triphylla; calycina persistens, corollina marcescens. Stamina perianthii foliis opposita et numero æqualia, libera, amphigyna. Styli liberi, stigmatibus totidem. Fructus: carpella plura, discreta nunc indehiscentia 1-2-sperma, nunc follicularia sutura interiori dehiscentia. Semina exalbuminosa. *Herbæ aquaticæ, scapo nudo multifloro basi foliis radicalibus vaginato. Fr. l. c. p. 174.*

268. Sagittaria *L.* Monoica. Calyx 3-sepalus. Corolla 3-petala. Stamina numerosa. Carpella monosperma indehiscentia.

535. *S. sagittifolia L.* (W. Goth. n. 603) foliis sagittatis.

Hab. in aquis frequenter. Jul. ♃. Flores nivei.

269. Alisma *L.* Hermaphroditum. Calyx 3-sepalus. Corolla 3-petala. Stamina 6. Carpella monosperma indehiscentia.

536. A. *Plantago L.* (W. Goth. n. 251) ramis paniculæ verticillatis, foliis ovatis.

Hab. in aquis frequenter. Jul. Aug. ♃.

270. Butomus *L.* Calyx 3-sepalus. Corolla 3-petala. Stamina 9. Carpella polysperma follicularia.

537. B. *umbellatus L.* (W. Goth. n. 274) umbella involucrata, foliis subtriquetris.

Hab. in fluvio Göthaelf a Lilla Bomen usque ad Gammelstadsholme frequens. Jul. Aug. ♃. Flores rosei.

271. Triglochin *L.* Perianthium 6-phyllum. Stamina 6. Carpella 3-6 basi secedentia et dehiscentia, monosperma.

538. T. *maritimum L.* (W. Goth. n. 250) fructibus 6-capsularibus.

Hab. in pratis litoralibus frequenter; passim ad ripas Göthaelf ut etiam ad Saltkällan. Jun. Jul. ♃.

539. T. *palustre L.* (W. Goth. n. 249) fructibus 3-capsularibus.

Hab. in uliginosis passim. Jun. Jul. ♃.

FAM. LXI. JUNCACEÆ Brown.

Perianthium distincte biseriale, utraque series triphylla, glumacea, persistens. (Exoticæ formæ interiori serie corollina nexum cum prioribus indicant). Stamina 6, basi perianthii inserta ejusdemque phyllis opposita. Stylus tristigmaticus. Fructus: capsula trivalvis, uni-l. tri-locularis, placentis centralibus. Semina erecta; embryone in basi albuminis compacti. *Plantæ subgramineæ* (culmus) *foliis angustis vaginantibus. Fr. l. c. p. 175.*

272. Juncus *L.* Perianthium 6-phyllum. Stigmata 3. Capsula 3-locularis, 3-valvis, polysperma. *Folia teretia.*

* *culmo aphyllo.*

540. *J. conglomeratus L.* (W. Goth. n. 228) panicula laterali conglobata.

Hab. in fossis, paludibus, etc. frequenter. Jul. ♃.

541. J. *effusus L.* (W. Goth. n. 229) panicula laterali effusa.

Hab. cum priori frequenter. Jul. ♃.

542. J. *filiformis L.* (W. Goth. n. 230) cyma pauciflora in medio culmo.

Hab. in sterilibus frequenter. Jul. ♃.

** *culmo folioso, foliis nodosis teretibus.*

543. J. *articulatus L.* (W. Goth. n. 233) panicula composita, perianthii foliolis acutis capsula acuminata brevioribus, foliis nodosis.

β strictior, perianthii foliolis interioribus acuminatis capsulam subæquantibus.

J. acutiflorus Ehrh. Hartm. Skand.

J. silvaticus Wahlenb. Svec. Wahlb. Goth. n. 234.

Hab. in paludibus frequenter. *β*, auctore *Cel. Fries*, cum *J. articulato* libenter conjungimus. Jul. Aug. ♃.

544. J. *supinus Mönch.* floribus capitulatis, foliis setaceis.

J. verticillatus Wahlb. Goth. n. 235. cum variet.

Hab. in paludosis frequenter. Jul. ♃. Multiformis, cujus varietates inveniuntur:

β strictus Fr. Topogr. Scan. "præcedenti affinis, capitulis subpaniculatis," et mihi saltim sæpe a priori distinctu difficilis; *γ fluitans Fr. Nov. p. 92,* in Götha-elf, semper sterilis.

*** *foliis canaliculatis nec nodosis.*

545. J. *squarrosus L.* (W. Goth. n. 231) perianthiis capsulam æquantibus, culmo nudo.

Hab. in paludibus ex. gr. Lagklarebäcksmåsse (Wahlb. l. c.) etc. Jul. ♃.

546. J. *bulbosus L.* (W. Goth. n. 232) perianthiis capsula obtusa brevioribus, culmo folioso.

β Gerardi Lois. capsula acuta.

J. bottnicus Wahlenb. Lapp.

Hab. in pratis sterilibus, ad vias etc. frequenter; *β* in pratis litoralibus frequenter. Jul. Aug. ♃.

547. J. *bufonius L.* (W. Goth. n. 236) perianthiis capsula duplo longioribus, culmo folioso.

Hab. locis inundatis frequenter. Jul. ⊙. *Var. β* (Wahlb. l. c.) ad *J. pygmæum*, ut suspicatus est *Cel. Fries*, forsan referenda; mihi non visa.

273. Luzula *Desv.* Perianthium 6-phyllum. Stigmata 3. Capsula 1-locularis, 3-valvis, trisperma. *Folia plana.*

548. L. *campestris L.* (W. Goth. n. 238) perianthiis capsula longioribus, foliis pilosis.

β multiflora. L. multiflora Wallr. Sched. Crit. p. 151.

Hab. in pascuis, silvis etc. frequenter. Apr. Maj. ♃.

549. L. *pilosa L.* (W. Goth. n. 237) perianthiis capsula brevioribus, foliis pilosis.

Hab. cum priori frequenter. Apr. Maj. ♃.

CLASSIS XV. SPADICIFLORÆ.

Flores in rachide (sæpe incrassata) aggregati, sessiles, incompleti. Perianthium vel nullum vel simplex, concentricum, setosum aut rarius squamulosum. Stamina hypogyna l. a ♀ discreta. Fructus superus, liber. *F. l. c. p. 178.*

FAM. LXII. AROIDEÆ Juss.

Flores spadicini, spathacei, numerosissimi aggregati. Perianthium nullum. Stamina indefinita, raro ovariis intermixta, vulgo in parte spadicis superiori discreta. Stigma simplex, sessile. Fructus aggregati, baccati (drupacei), uniloculares, poly-l. mono-spermi, seminibus placenta laterali insertis, albumine carnoso, embryone axili. *Herbæ foliis petiolatis vaginantibus, integris divisisve. Fr. l. c. p. 179.*

274. Calla *L.* Spatha monophylla. Stamina 6-8 circa germina. Bacca polysperma.

550. C. *palustris L.* (W. Goth. n. 387) foliis cordatis.

Hab. in palude Gunnebomässe ut etiam inter Delsjön et Kalfkärr *(Prof. Wahlberg)*. Jun. ♃.

275. Typha *L.* Monoica. Flor. ♂ superne, ♀ infra in spadice densissimi. Perianthium e setis formatum. Fructus minutissimus monospermus. — *Folia ensiformia.*

551. T. *latifolia L.* (W. Goth. n. 561) spica feminea et mascula aproximatis, foliis planis.

Hab. in fluvio Göthaelf, ex. gr. ad Gammelstadsholme, et in insulis extra Gothob. Aug. ♃.

552. T. *angustifolia L.* (W. Goth. n. 562) spica feminea et mascula remotis, foliis semicylindricis.

Hab. cum priori frequenter. Aug. ♃.

FAM. LXIII. ORONTIACEÆ Bartl.

Plurima ut in Aroideis (Pandaneæ medium locum tenent) sed adest perianthium e bracteis concentratis 3-6-phyllum; stamina definita 3, 6, perianthii basi vulgo inserta; ovaria 2-3 (cum stylis connatis stigmatibusque totidem) coalita abeunt in fructum capsularem 2-3-locularem, loculis submonospermis, vel abortu unilocularem; semina pendula. *Herbæ aquaticæ, foliis simplicibus linearibus. Fr. l. c. p. 180.*

276. Acorus *L.* Flores hermaphroditi in spadice laterali. Perianthium: squamæ 6. Stamina 6. Capsula 3-locularis.

553. A. *Calamus L.* (W. Goth. n. 239) scapo apice foliaceo.

Hab. in rivulo inter Lunnagården et Fässberg; in Rosenlund etc. Jul. ♃.

277. Sparganium *L.* Flores in spadicibus globosis superne masculis inferne femineis. Perianthii loco squamæ. Carpella drupacea.

554. S. *ramosum Huds.* (W. Goth. n. 563) axi ramoso, foliis basi 3-quetris.

Hab. in aquis passim. Jul. Aug. ♃.

555. S. *erectum L.* axi simplici, foliis basi 3-quetris. *S. simplex Willd. Wahlb. Goth. n. 564.*

Hab. cum priori passim. Jul. Aug. ♃.

556. S. *natans L.* (W. Goth. n. 565) axi simplici, foliis planis natantibus.

Hab. in lacubus etc. frequenter. Jul. Aug. ♃.

FAM. LXIV. POTAMOGETONEÆ Reich.

Flores spathacei, in spadice (plus minus distincta) aggregati, absque squamis imbricatis. Perianthium simplex, squamaceum aut nullum. Stamina in hermaphroditis 4 hypogyna, in diclinibus solitaria. Stigmata tot quot ovaria libera. Fructus: carpella (subquaterna) plura, libera, monosperma, indehiscentia. Semen laterale aut pendulum, exalbuminosum, embryone uncinato. *Herbæ aquaticæ in gramineam faciem abeuntes; caulibus nodoso-articulatis, vaginis intrapetiolaribus. Fr. l. c.*

278. Potamogeton *L.* Flores hermaphroditi. Perianthium 4-phyllum. Stamina 4. Carpella 4.

* *foliis natantibus rufescentibus, caule simplice.*

557. P. *natans L.* (W. Goth. n. 116) fructibus carinatis, foliis omnibus longe petiolatis ellipticis natantibus.

Hab. in fluviis omnibusque frequenter. Jun. Aug. ♃.

558. P. *oblongus Viv.* fructibus ecarinatis, foliis in petiolum attenuatis.

P. natans β acaule Wahlb. Goth. n. 116 β.

Hab. in rivulis montium passim ex. gr. ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.) variisque locis circa templum Askim. — Jul. ♃.

559. P. *rufescens Schrad.* fructibus carinatis, foliis superioribus natantibus petiolatis inferioribus sessilibus.

Hab. in rivis passim ex. gr. prope Kärra, ubi primus legit *Cel. Fries.* Jul. ♃.

** *foliis virescentibus, caule ramoso.*

560. P. *lucens L.* fructibus carinatis, foliis basi attenuatis subsessilibus.

Hab. in rivulo inter templum Frölunda et Hylte. Jul. Aug. ♃.

561. P. *gramineus L.* fructibus ecarinatis, foliis superioribus petiolatis, inferioribus sessilibus lanceolatis.

Hab. in rivulo prope Kärra, ubi primus legit *Cel. Fries.* Jul. ♃.

562. P. *perfoliatus L.* (W. Goth. n. 117) foliis cordato-amplexicaulibus oblongis integris.

Hab. in fluvio Göthaelf etc. frequentissime. Jul. Aug. ♃.

563. P. *crispus L.* fructibus rostratis, caule compresso, foliis oblongis serratis undulato-crispis.

Hab. ad pontem inter urbem et Haga, passim. Jul. Aug. ♃.

*** *foliis linearibus submersis.*

564. P. *compressus L.* spicis longe pedunculatis, fructibus obtuse carinatis, foliis linearibus. — *Fr. Nov. ed. 2. p. 44.*

P. zosteræfolius Reich. Ic. Bot. f. 308.

Hab. prope pontem inter urbem et Haga. Jul. Aug. ♃.

565. P. *acutifolius Link.* spicis breve pedunculatis, fructibus acute carinatis, foliis linearibus acuminatis. *Fr. l. c. p. 46. — Reich. Ic. Bot. f. 309.*

P. compressum Wahlb. Goth. n. 118. (secundum Auctorem).

P. laticaule Wahlenb. Svec.

P. compressus β Hartm. Skand.

Hab. in fossis peninsulæ Gammelstadsholme (Wahlb. l. c.). Jul. Aug. ♃.

566. P. *obtusifolius Mert.* fructibus carinatis, caule compressiusculo, foliis linearibus 3-nerviis obtusis.

P. compressum Wahlenb. Svec.

Hab. in peninsula Gammelstadsholme cum priori (*Prof. Wahlberg* et Ipse). Jul. Aug. ♃.

567. P. *pusillus L.* (W. Goth. n. 119) fructibus carinatis, caule filiformi, foliis linearibus 3-5-nerviis.

Hab. in rivulo inter Lunnagården et Fässberg (Wahlb. l. c.). Jul. ♃.

279. Ruppia *L.* Flores hermaphroditi. Perianthium 0. Stamina 4. Carpella 4.

568. R. *maritima L.* (W. Goth. n. 120).

Hab. in sinu maris prope insulam Domsö (Wahlb. l. c.) et prope Warhólmen Jul. Aug. ♃. Nostra est *R. maritima Reichenb. Icon. Bot.*, nec *R. rostellata Koch.*

280. Zostera *L.* Spatha foliacea longitudinaliter dehiscens. Spadix plana staminibus et pistillis duplici serie dispositis donata. Antheræ oblongæ. Stigmata setacea 2.

569. *Z. marina L.* (W. Goth. n. 3.)

Hab. ubique in mari. Aug. Sept. ♃.

FAM. LXV. CYPERACEÆ Juss.

Flores spicati, in rachide sessiles, bractea imbricata (gluma) tecti. Perianthium raro squamulosum, plerumque setaceum aut 0. Stamina hypogyna, libera, numero ternario 1. in exoticis simul numero multiplicato. Stylus 1, stigmatibus 2, 3. Fructus solitarius, centralis, superus, nucamentaceus, unilocularis, nudus l. perianthio inclusus. Semen solitarium, erectum, a pericarpio discretum, albuminosum, embryone centrali. *Plantæ gramineæ culmo subcontinuo, vaginis integris, spicis forma variis. Fr. l. c. p. 184.*

281. Eriophorum *L.* Spicæ hermaphroditæ squamis imbricatis fertilibus. Perianthium setis capillaribus post anthesin in comam longam excrescentibus.

570. E. *angustifolium Roth* pedunculis lævibus, foliis apice triquetris.

E. polystachyon L. Wahlb. Goth. n. 37. — Wahlenb. Suec.

Hab. in paludibus frequenter. Maj. Jun. ♃.

571. E. *latifolium Hoppe* pedunculis scabris, foliis planis apice triquetris.

E. polystachyon β. Linn. Svec.

Hab. in prato prope Hospitalet (*Prof. Wahlberg*), et prope Sageröd. Maj. Jun. ♃.

572. E. *gracile Koch.* pedunculis scabris, foliis triquetro-filiformibus.

E. polystachyon γ. Linn. Svec.

Hab. in palude profunda prope lacum Delsjön *(Prof. Wahlberg)*. Maj. Jun. ♃.

573. E. *vaginatum L.* (W. Goth. n. 36) spica solitaria ovata, foliis triquetris.

Hab. in paludibus frequenter. Maj. Jun. ♃.

282. Scirpus *L.* Spicæ hermaphroditæ, squamis imbricatis fertilibus. Perianthium setis non excrescentibus.

* *spiculæ plures terminales.*

574. S. *silvaticus L.* (W. Goth. n. 35) cyma supradecomposita, culmo trigono folioso.

Hab. ad rivulos locis præcipue silvaticis ex. gr. ad Gunnebo et in Slottsskogen prope Ryd. Jun. Jul. ♃.

575. S. *maritimus L.* (W. Goth. n. 34) spicis fasciculatis, culmo triquetro folioso.

Hab. in insulis Domsö (Wahlb. l. c.) et Hallenskär. Jun. Jul. ♃.

576. S. *lacustris L.* (W. Goth. n. 33.) stigmatibus tribus, culmo aphyllo tereti.

Hab. in fluvio Göthaelf lacubusque, frequenter. Jun. Jul. ♃.

577. S. *glaucus Smith.* stigmatibus duobus, culmo aphyllo tereti glauco.

S. lacustris β. littoreus Wahlenb. Suec.

Hab. in insula Vinga *(Prof. Wahlberg)*, ut etiam in Hallenskär. Jun. Jul. ♃. (Ceterum in insula Skaftö Bahusiæ aliisque locis frequenter.)

** *Spica disticha e pluribus spiculis terminalibus.*

578. S. *compressus Pers.* culmo teretiusculo, foliis planis.

Carex uligionosa Linn. Suec. (num huc?)

S. Caricis Retz. Hartm. Skand.

Hab. ad rivulum prope Utby par. Partele *(Prof. Wahlberg)*. Jun. Jul. ♃.

579. S. *rufus Schrad.* culmo tereti, foliis canaliculatis teretibus.

Hab. in insula minori prope Warholmen et in palude prope templum Frölunda *(Prof. Wahlberg)*. — Extra fines in insula Särö Hallandiæ. Jun. Jul. ♃.

*** *Spica unica terminali.*

580. S. *cæspitosus L.* (W. Goth. n. 29) squama infima altera spicam æquante, stigmatibus tribus, vaginis foliigeris.

Hab. in paludibus cæspitosis v. c. inter Lagklarebäck et Gunnebo, in insula Hallenskär etc. passim. Maj. Jun. ♃.

581. S. *Bæothryon Ehrh.* (W. Goth. n. 30) squamis infimis spicam æquantibus, stigmatibus tribus, vaginis aphyllis.

Hab. in uliginosis sterilibus passim ex. gr. ad templum Askim, in insula Hallenskär etc. Jun. Jul. ♃.

582. S. *palustris L.* (W. Goth. n. 32) stigmatibus duobus.

β. uniglumis, squama infima amplectente.

Hab. in paludibus, ad ripas etc. frequenter. Maj. — Jul. ♃.

583. S. *acicularis L.* (W. Goth. n. 31) stigmatibus tribus, setis deciduis, culmo setaceo aphyllo.

Hab. ad ripas etc. frequenter. Jun. Jul. ♃. Minimus hujus generis.

283. Schœnus *L.* Spicæ hermaphroditæ, squamis distichis, inferioribus sterilibus. Perianthium setis subsenis (in nostris).

584. S. *fuscus L.* spiculis fuscis, foliis subsetaceis.

Hab. in palude profunda inter lacum Delsjön et Kalfkärr, et ad Kåltorp *(Prof. Wahlberg)*. Jul. Aug. ♃.

585. S. *albus L.* (W. Goth. n. 28) spiculis albidis, foliis canaliculatis.

Hab. in paludibus passim ex. gr. in Lagklarebäcks mässe (Wahlb. l. c.). Jul. Aug. ♃.

284. Carex *L.* Flores diclines. Spicæ squamis imbricatis. *Mas:* Perianthium 0. *Fem.* Perianthium urceolatum nuculam includens. — *Mensibus Jun. Jul. optime examinandæ. Radix perennis.*

† Spicis sexu distinctis.

a. Stigmata 3.

* *Spicæ vaginis aphyllis bracteatæ, mascula solitaria.*

586. C. *digitata L.* spicis femineis subternis paucifloris linearibus, fructibus obovatis pubescentibus squamas obtusas brunneas æquantibus, culmo compresso.

Hab. in rupibus locis umbrosis ex. gr. in Slottsskogen prope Trädgården; ad Gunnebo etc. passim.

** *Spicæ in alis foliorum terminalium aggregatæ.*

587. C. *montana L.* spicis femineis subgeminis confertis ellipticis, fructibus obovatis pubescentibus squamas mucronatas atro-purpureas subexcedentibus.

Hab. in umbrosis, locis præsertim lapidosis, ex. gr. ad Lagklarebäck *(Prof. Wahlberg)*.

588. C. *ericetorum Poll.* spica mascula clavata, femineis subgeminis confertis subglobosis, fructibus subglobosis pubescentibus squamas obtusas ciliatas superantibus.

Hab. in collibus siccis, montosis etc. passim.

589. C. *præcox Jacq.* spicis femineis geminis approximatis pedicellatis oblongis, fructibus subglobosis subtriquetris pubescentibus squamas acutas æquantibus.

Hab. locis aridis passim ut inter Masthugget et Nya Hvarfvet.

590. C. *pilulifera L.* (W. Goth. n. 580) spicis femineis subternis approximatis subglobosis, fructibus subglobosis pubescentibus squamas acutas subæquantibus.

Hab. in montosis passim.

*** *spicæ in alis foliorum vaginantium, ♀ remotæ.*

591. C. *flava L.* (W. Goth. n. 577) spica mascula solitaria, spicis femineis subapproximatis, superioribus subsessilibus, inferiori pedunculata, fructibus ovatis glabris rostris deflexis.

β. Öderi, minor, foliis convolutis.

Hab. in pratis uliginosis (Wahlb. l. c.), *β.* frequenter. — Flavescens.

592. C. *fulva Good.* spica mascula solitaria lanceolata, femineis distantibus, superiori sessili, inferioribus pedunculatis, fructibus ovatis squamas excedentibus, culmo superne scabro.

Hab. in palude Lagklarebäcks mässe *(Prof. Wahlberg)*.

593. C. *speirostachya Wahlenb.* spica mascula solitaria basi attenuata, spicis femineis remotis, superiori subsessili, inferioribus pedunculatis, fructibus ovatis squamas fuscescentes excedentibus, culmo lævi.

C. binervis Wahlenb. Suec. ed. 1. Wahlb. Goth. n. 579.

C. fulva β. Wahlenb. Suec. ed. 2.

Hab. in pratis uliginosis passim ex. gr. ad Gunnebo.

594. C. *distans L.* (W. Goth. n. 578) spica mascula solitaria, spicis femineis remotissimis subsessilibus, fructibus ovalibus squamas mucronatas excedentibus, culmo trigono superne glabro.

Hab. in graminosis insulæ Varö (Wahlb. l. c.)

595. C. *hirta L.* (W. Goth. n. 583) pilosa, spicis masculis subternis, spicis femineis remotissimis breviter pedunculatis, fructibus ovalibus bicuspidatis squamas cuspidatas excedentibus.

Hab. locis humidiusculis ad Gammelstaden (Wahlb. l. c.) et in Slottsskogen.

596. C. *panicea L.* (W. Goth. n. 582) spica mascula solitaria, spicis femineis pedunculatis subremotis, fructibus obtusis integris glaberrimis squamas ovatas excedentibus.

Hab. in pratis uliginosis frequenter.

**** *Spicæ masculæ solitariæ, femineæ longe pedunculatæ, demum pendulæ.*

597. C. *pallescens L.* fructibus ellipticis obtusis squamas mucronatas excedentibus.

Hab. in nemoribus passim. — Gramen pallide-virens.

598. C. *limosa L.* fructibus ovatis compressis squamas mucronatas æquantibus.

Hab. in paludibus inter lacum Delsjön et Kalfkärr. *(Prof. Wahlberg).*

599. C. *flacca Schreb.* fructibus obovato-globosis obtusis erostratis rugosis squamas subæquantibus.

Hab. in palude Kåltorps torfmåsse *(Prof. Wahlberg).*

600. C. *pseudocyperus L.* fructibus ovato-lanceolatis bicuspidatis nervosis squamas subulatas æquantibus.

Hab. in piscinis prope Lerje. *(Prof. Wahlberg).*

***** *Spiculæ masculæ plures, femineæ erectæ, bracteæ vix vaginantes.*

601. C. *vesicaria L.* (W. Goth. n. 584) fructibus inflatis ovatis glabris nervosis bicuspidatis squamas excedentibus, culmo triquetro.

Hab. ad rivulos, ripas lacuum etc. frequens.

602. C. *ampullacea Good.* (W. Goth. n. 585) fructibus inflatis globosis glabris bifurcato-rostratis squamas excedentibus, culmo trigono.

Hab. eisdem locis ac præcedens.

603. C. *riparia Curt.* (W. Goth. n. 586) fructibus ovatis glabris nervosis bifurcatis squamis brevioribus, culmo triquetro.

Hab. in interiori parte insulæ Dannemarks-Lilja (Wahlb. l. c.)

604. C. *filiformis L.* fructibus ovatis villosis bifurcatis squamas æquantibus, foliis convolutis filiformibus.

Hab. in palude Lagklarebäcks måsse (*Prof. Wahlberg*). Fructus hujus et præcedentis fuscescentes; *C. vesicariæ* et *ampullaceæ* flavescentes.

b. Stigmata 2.

605. C. *acuta L.* (W. Goth. n. 587) spicis pedunculatis cylindricis, masculis pluribus, fructibus ovalibus obtusis squamas acutas subæquantibus, foliis flaccidis.

Hab. ad ripas frequenter.

606. C. *stricta Good.* (W. Goth. n. 588) spicis subsessilibus cylindricis, mascula subsolitaria, fructibus acutiusculis squamas excedentibus, foliis strictis.

Hab. cum priori passim.

607. C. *cæspitosa L.* (W. Goth. n. 589) spicis oblongis sessilibus, mascula solitaria, fructibus obtusis squamas obtusas excedentibus, foliis flaccidis.

Hab. in pratis cæspitosis frequenter.

†† Spica e spiculis androgynis composita.

* *Spiculæ basi masculæ.*

608. C. *canescens L.* (W. Goth. n. 575) spiculis 5-6 ovato-oblongis remotiusculis, fructibus ovatis obtusiusculis squamas acutas subexcedentibus.

Hab. in paludibus passim v. c. ad Gunnebo et in Slottsskogen.

609. C. *stellulata Schreb.* (W. Goth. n. 576) spiculis 3-4 ovalibus remotiusculis, fructibus ovato-acuminatis margine serratis divaricatis squamas excedentibus.

Hab. in uliginosis passim v. c. ad templum Askim.

610. C. *elongata L.* (W. Goth. n. 579) spiculis 7-8 oblongis remotiusculis, fructibus oblongis acuminatis nervosis squamas subduplo excedentibus.

Hab. in palude Gunnebo måsse copiose (Wahlb. l. c.).

611. C. *leporina L.* (W. Goth. n. 573) spiculis 5 ovalibus approximatis, fructibus ovatis acuminatis membranaceo-marginatis squamas æquantibus.

Hab. in pratis uliginosis passim.

** *Spiculæ superiores intermediæque totæ masculæ.*

612. C. *arenaria L.* (W. Goth. n. 572) spiculis confertis, fructibus membranaceo-marginatis, radice longe repente.

Hab. in litore arenoso insulæ Grötö et par. Askim.

613. C. *intermedia Good.* (W. Goth. n. 572) spiculis confertis, femineis intermediis, fructibus marginatis.

Hab. in pratis humidiusculis frequenter.

614. C. *vulpina L.* (W. Goth. n. 270) spiculis compositis confertis, fructibus conicis acutangulis, culmo angulis acutissimis serrulatis.

Hab. in pratis humidis passim.

615. C. *muricata L.* (W. Goth. n. 569) spiculis confertis, fructibus conicis divergentibus, culmo triquetro.

Hab. in humidiusculis locis præcipue umbrosis.

††† Spica unica simplicissima.

616. C. *dioica L.* (W. Goth. n. 566) spica dioica, stigmatibus 2, fructibus ovatis margine serrulatis, foliis teretibus glabris.

Hab. in paludibus frequens.

617. C. *pulicaris L.* (W. Goth. n. 567) spica androgyna, stigmatibus 2, fructibus ovato-oblongis glabris reflexis, foliis setaceis.

Hab. in paludibus ex. gr. in Lagklarebäcks måsse.

618. C. *levcoglochin Ehrh.* (W. Goth. n. 568) spica androgyna 3-4-flora, stigmatibus 3, fructibus subulatis reflexis, foliis canaliculatis.

Hab. in paludibus cum præcedentibus.

CLASSIS XVI. GLUMIFLORÆ.

Spiculæ, s. inflorescentia partialis, multifloræ, sesquifloræ (i. e. altero flore abortivo) l. rarius unifloræ, involucratæ bracteis 2 alternis, *glumis*, aut vulgo calyce dictis. Flores (vulgo flosculi) in rachide filiformi sessiles, alterni, recepti bracteolis 2 alternis, raro solitariis, *valvulis* aut vulgo corolla dictis. Perianthium proprium ægre conspicuum;

squamula solitaria l. plures hypogynæ, unilaterales, haud concentricum indeque spurium. Stamina hypogyna, sæpissime tria, raro tertia parte deficiente 2, sed in variis exoticis duplicata 6 (4) et ultra, filamentis capillaribus. Styli nostris (excepto *Nardo)* 2, stigmatibus totidem subplumosis. Fructus omnibus in infima phanerogamarum classe holocarpus, centralis, monospermus, pericarpio testaque tenuibus adnatis = *cariopsis.* Albumen farinaceum embryone ad basin extra albumen. ***Gramina, culmis cylindricis tubulosis nodoso-articulatis, foliis alternis integerrimis vagina fissa in ligulam terminata amplexicaulibus. Fr. l. c. p. 193.***

FAM. LXVI. GRAMINEÆ L. Juss. *Cfr. supra.*

Trib. I. Gramineæ Divulsæ. *Rachis divisa in ramos inordinatos contiguos. Valvulæ a glumis consistentia diversa. Inflorescentia thyrsoidea.*

285. Setaria P. B. Involucrum multisetum. Glumæ 2 biflorae, inferior minor. Flosculus inferior ♂, superior hermaphroditus, uterque valvulis 2.

619. S. *viridis P. B.* panicula spicæformi.

Panicum viride Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in agris prope Utby *(Prof. Wahlberg).* Jul. Aug. ☉.

286. Alopecurus *L.* Glumæ 2 basi connatæ acutæ unifloræ. Valvula 1 infra medium aristata.

620. A. *pratensis L.* (W. Goth. n. 49) culmo erecto.

Hab. in pratis fertilibus passim. Maj. Jun. ☉.

621. A. *geniculatus L.* (W. Goth. n. 50) culmo adscendente.

Hab. in pratis humidis frequenter. Maj. Aug. ♃.

287. Phleum *L.* Glumæ 2 mucronatæ unifloræ. Valvulæ 2 truncatæ.

622. P. *pratense L.* (W. Goth. n. 51) spica cylindrica, glumis truncatis.

Hab. in pratis fertilioribus frequens. Jun. Jul. ♃.

288. Phalaris *L.* Glumæ 2 muticæ. Valvulæ 2. Rudimenta 2.

623. P. *arundinacea L.* (W. Goth. n. 52).

Hab. ad ripas, in pratis humidis, fruticosis etc. passim. Gramen homine sæpe altius. Panicula sub florescentia patens, deinde contracta.

TRIB. II. GRAMINEÆ VERTICILLATÆ. *Rachis simplex, teres, ad exitum pedicellorum basi articulatorum semiverticillatorum nodosa.*

289. Arundo *L.* Glumæ inæquales aut æquales, unimulti-floræ. Valvulæ 2 pilis longis cinctæ.

624. A. *Phragmites L.* (W. Goth. n. 48) glumis multifloris inæqualibus.

Hab. in fluvio Göthaelf, in fossis vallorum etc. frequentissime. Aug. ♃. Gramen arista recta dorsali, nostræ Floræ maximum.

625. A. *epigejos L.* panicula stricta, pilis valvulis longioribus, glumis subulatis, culmo scabro.

Calamagrostis epigejos Roth. Wahlb. Goth. n. 47.

Hab. in collibus siccis passim ex. gr. ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.), in Slottsskogen; frequens in insulis v. c. Mansholmen, Grötö, Hönö, Hallenskär etc. Jul. ♃.

626. A. *stricta Timm.* panicula stricta, arista recta dorsali, pilis valvulis brevioribus, culmo glabro.

Calamagrostis stricta P. B. Wahlb. Goth. n. 45.

Hab. ad ripam lacus Stensjön (Wahlb. l. c.). Jun. Jul. ♃.

627. A. *silvatica Schrad.* panicula erecta, arista geniculata dorsali, pilis valvulis dimidio brevioribus.

Calamagrostis arundinacea Roth. Wahlb. Goth. n. 46.

Agrostis arundinacea Linn.

Hab. in montosis, silvis etc. frequens. Jul. ♃.

628. A. *Calamagrostis L.* panicula laxa, arista terminali, pilis valvulis longioribus.

Hab. in pratis humidis circa Partele (*Prof. Wahlberg*). Jul. ♃.

290. Agrostis *L.* Glumæ 2 inæquales unifloræ, valvulis longiores. Valvulæ 2, sine pilis conspicuis, interior æqualis, minor aut obsoleta.

629. A. *spica venti L.* (W. Goth. n. 44) panicula diffusa, valvulis subæqualibus, exteriori longissime aristata.

Hab. in agris copiose. Jun. Jul. ☉.

630. A. *canina L.* (W. Goth. n. 39) valvula exteriori infra medium aristata, interiori nulla, foliis setaceis.

Hab. in campis, pratis etc. frequens. Jul. ♃.

631. A. *rubra L.* valvula interiori duplo minori, foliis planis.

A. vulgaris Schrad. Wahlb. Goth. n. 40. Hartm. Skand.

Hab. in pratis etc. frequenter. Jul. ♃.

632. A. *stolonifera L.* valvula interiori duplo minori, ligula oblonga, radice repente stolonifera.

Hab. in pratis, ad fossas etc. frequens. Jul. ♃. Panicula patens fere pyramidata; folia præcedentium latiora. In maritimis variat panicula alba = *A. alba Schrad. Wahlb. Goth. n. 42*, et in fossis inter Gothoburgum et diversorium Kärra adest *A. stolonifera β. Fr. Nov.* (= *A. stolonifera Wahlb. Gothh. 41)*, et denique in rupibus maritimis v. c. ad Ganled *A. straminea Hartm. Wahlb. Goth. n. 43. A. stolonifera γ aristata Hartm. Skand. ed. 2.* — Ceterum hæc species valde mutabilis ut præcedentes, quarum formas quasdam, nisi potius vetaret tempus quam locus, in animo fere esset proponere.

291. Milium *L.* Glumæ 2 subæquales unifloræ. Valvulæ 2 cartilagineæ convexæ glumas æquantes.

633. M. *effusum L.* (W. Goth. n. 53) panicula diffusa, radice repente.

Hab. in umbrosis v. c. ad Gunnebo (Wahlb. l. c.) et in Slottsskogen prope Trädgården meridiem versus. Maj. Jun. ♃.

292. Catabrosia *P. B.* Glumæ 2 inæquales multifloræ, Valvulæ membranaceæ glumas superantes, truncatæ.

634. C. *aquatica P. B.* panicula diffusa, culmo foliisque glabris, radice repente.

Aira aquatica Linn. Svec.

Molinia aquatica Wib. Wahlenb. Svec. Hartm. Skand.

Hab. in litore marino prope pagum Hult *(Prof. Wahlberg)*. Jun. Jul. ♃.

293. Aira *L.* Glumæ æquales. Flosculi 2 hermaphroditi. Valvulæ 2 basi pilosæ, exterior utriusque flosculi arista dorsali recta aut geniculata.

635. A. *cæspitosa L.* (W. Goth. n. 61) panicula ramosissima, arista recta inclusa, foliis planis.

Hab. in pratis subhumidis frequenter. Jun. Jul. ♃.

636. A. *flexuosa L.* (W. Goth. n. 62) panicula flexuosa, arista geniculata exserta, foliis setaceis.

Hab. in montibus locisque siccis frequenter. Jul. Aug. ♃.

637. A. *præcox L.* panicula contracta subspicæformi, arista geniculata exserta.

Avena præcox P. B. Hartm. Skand.

Hab. in montosis frequenter in par. Askim; in insulis ex. gr. Öckerö, Hönö, Mansholmen etc. Maj. Aug. ☉

294. Holcus *L.* Glumæ 2 æquales. Flosculi 2, superior masculus valvula exteriori dorso aristata, inferior hermaphroditus valvula mutica.

638. H. *lanatus L.* (W. Goth. n. 54) arista flosculi masculi glumis inclusa.

Hab. ad margines agrorum etc. passim. Jul. Aug. ♃.

639. H. *mollis L.* (W. Goth. n. 55) superne glaber, arista flosculi masculi glumas superante.

Hab. ad rivulum Lagklarebäcks bäck (Wahlb. l. c.). Jul. ♃.

295. Anthoxanthum *L.* Glumæ 2 inæquales trifloræ. Flosculi laterales neutri 1-valves; inferioris valvula sub apice aristata, superioris supra basin. Flosculus medius hermaphroditus muticus.

640. A. *odoratum L.* (W. Goth. n. 23) panicula spicæformi.

Hab. in collibus siccis frequenter. Maj. Jun. ♃.

296. Avena *L.* Glumæ subæquales, 3-5 floræ. Valvulæ 2 basi pilosæ, exterior apice fissa, arista valida tortili.

641. A. *elatior L.* flosculo superiori mutico, inferiori masculo.

Arrhenatherum avenaceum P. B. Wahlb. Goth. n. 57.

Hab. ad margines agrorum etc. Jun. Jul. ♃.

642. A. *fatua L.* (W. Goth. n. 58) panicula laxa, flosculis glumis minoribus basi pilosis, radice annua.

Hab. in agris, ut solet, frequenter. Jul. Aug.

643. A. *strigosa Schreb.* panicula secunda, flosqulis glumas æquantibus basi nudis, radice annua.

Hab. in agris inter Krogsslätt et Lagklarebäck *(Prof. Wahlberg).* Jul. Aug.

644. A. *pubescens L.* (W. Goth. n. 60) flosculis glumas superantibus, foliis pubescentibus, radice perenni.

Hab. in pratis, ad magines agrorum etc. passim. Jul.

645. A. *pratensis L.* (W. Goth. n. 59) flosculis glumas superantibus, foliis scabris, radice perenni.

Hab. in collibus et pascuis siccis passim. Jun.

297. Poa *L.* Glumæ 2 ovato-lanceolatæ æquales multifloræ. Valvulæ 2, exterior ovata carinata acuta mutica. — *Spiculæ ovatæ.*

646. P. *trivialis L.* (W. Goth. n. 73) panicula effusa, spiculis 3-floris, culmo vaginisque scabriusculis, ligula oblonga.

Hab. in pratis etc. frequens. Jun. — Aug. ♃.

647. P. *pratensis L.* (W. Goth. n. 72) panicula diffusa, spiculis 5-floris, culmo vaginisque glabris, ligula brevi.

Hab. in pratis etc. frequenter. Jun. — Aug. ♃.

648. P. *serotina Ehrh.* (W. Goth. n. 74) panicula diffusa, spiculis 5-floris versicoloribus, culmo vaginisque scabriusculis.

P. angustifolia Linn. Wahlenb. Svec.

Hab. in pratis collibusque passim. Jul. Aug. ♃.

649. P. *nemoralis L.* (W. Goth. n. 75) panicula subsecunda attenuata, spiculis subtrifloris, culmo vaginisque glabris.

Hab. in nemorosis etc. passim. Jun. Jul. ♃.

650. P. *compressa L.* (W. Goth. n. 76) panicula coarctata subsecunda, spiculis 6-7-floris, culmo compresso.

Hab. in muris vetustis Gothoburgi (Wahlb. l. c.). Jun. Jul. ♃.

651. P. *annua L.* (W. Goth. n. 71) panicula divaricata, spiculis 6-floris, culmo compresso, radice annua.

Hab. ad vias, in cultis etc. ubique. Maj. — Sept.

298. Briza *L.* Glumæ 2 æquales inflatæ ovato-cordatæ multifloræ. Valvulæ 2, exterior ecarinata, basi cordata, amplectens obtusa mutica. — *Spiculæ cordatæ.*

652. B. *media L.* (W. Goth. n. 64) spiculis pendulis.

Hab. in pratis nemoribusque frequenter. Jun. Jul. ♃.

299. Heleochloa *Fr.* Glumæ 2 inæquales multifloræ. Valvulæ 2, exterior ecarinata oblonga obtusa mutica. — *Spiculæ oblongæ.*

653. H. *aquatica Fr.* panicula ramosissima diffusa, spiculis 5-7-floris.

Poa aquatica Linn.

Glyceria aquatica Wahlb. Goth. n. 70. — Wahlenb. Svec.

Molinia maxima Hartm. Skand.

Hab. ubique ad ripas fluvii Göthaelf etc. Jul. Aug. ♃. Inter maxima gramina, orgyam sæpe altitudine excedens.

654. H. *distans Fr.* paniculæ ramis post anthesin refractis, spiculis 2-6-floris.

Poa distans Linn.

Glyceria distans Wahlenb. — Wahlb. Goth. n. 66.

Molinia distans Hartm. Skand.

β Glyceria capillaris Wahlb. Goth. n. 67.

Hab. ad fossas etc. locis humidis passim. Jun. Aug. ♃.

655. H. *maritima Fr.* paniculæ ramis ante et post anthesin arrectis, spiculis 3-5-floris.

Glyceria maritima Wahlb. Goth. n. 68. — Wahlenb. Svec.

Molinia maritima Hartm. Skand.

Hab. in litore insulæ Domsö (Wahlb. l. c.) aliisque locis frequens. Jun. Jul. ♃.

300. Bromus *L.* Glumæ 2 inæquales multifloræ. Valvulæ 2, exterior dorso tereti bifida infra apicem aristata.

656. B. *secalinus L.* (W. Goth. n. 84) panicula post anthesin pendula, spiculis glabris ovatis compressis, aristis flexuosis valvulis brevioribus, vaginis glabrescentibus.

Hab. in agris frequenter. Jul. ☉.

657. B. *pratensis Ehrh.* panicula post anthesin contracta erecta, spiculis glabris lanceolatis, aristis rectis valvulas subæquantibus, foliis pubescentibus.

B. commutatus Schrad. Wahlb. Goth. n. 85.

B. racemosus Hartm. Skand.

B. secalinus β Wahlenb. Svec.

Hab. in pratis humidiusculis passim ex. gr. ad pagum Eklanda (Wahlb. l. c.) et in Slottsskogen prope sepulcra Cholera ereptorum. — Jun. ☽.

658. B. *mollis L.* (W. Goth. n. 86) panicula erecta, spiculis ovato-oblongis pubescentibus, aristis rectis valvulas æquantibus, foliis vaginisque pubescentibus.

β culmo adscendente, spiculis glabris.

B. racemosus Willd. Wahlb. Goth. n. 87.

B. hordeaceus Wahlenb. Svec..

Hab. ad vias etc. frequenter; *β* in insula Domsö (Wahlb. l. c.). Jun. — Aug. ☉.

659. B. *arvensis L.* panicula demum nutante, spiculis lanceolatis compressis, aristis rectis valvulis longioribus, foliis pubescentibus.

Hab. in agris prope Lunnagården *(Prof. Wahlberg)*; in par. Askim passim; (sed copiose in par. Släp Hallandiæ borealis ut etiam in insula Skaftö Bahusiæ prope Grundsund, ut in occidentalibus omnino sit æque indigenus ac in provinciis orientalibus Sveciæ, licet rarior).

660. B. *tectorum L.* (W. Goth. n. 88) panicula nutante, spiculis linearibus compressis, flosculis remotiusculis, aristis rectis valvulas æquantibus.

Hab. in ruderatis (Wahlb. l. c.); (prope Marstrand frequens). Jun. ☉.

Trib. III. Gram. Capitatæ. ***Rachis simplex, teretiuscula, spiculis aggregatis subsessilibus involucratis.***

301. Cynosurus *L.* Involucrum pinnatum. Glumæ 2 multifloræ. Valvulæ 2, exterior lanceolata mucronata.

661. C. *cristatus L.* (W. Goth. n. 78) panicula spicæformi.

Hab. in pratis passim. Jun. Jul. ♃.

Trib. IV. Gram. Racemosæ. *Rachis angulata, latere pedicellis, basi haud incrassatis superne saltim solitariis, opposito exciso-dentata. Spiculæ pedicellatæ racemosæ, haud involucratæ.*

302. Dactylis *L.* Glumæ 2, multifloræ, spicula breviores. Valvulæ 2, exterior compressa carinata mucronata.

662. D. *glomerata L.* (W. Goth. n. 77) panicula secunda, foliis carinatis.

Hab. in pratis, ad vias etc. frequenter. Jun. Aug. ♃.

303. Festuca *L.* Glumæ 2, multifloræ spicula breviores. Valvulæ 2, exterior dorso tereti subulato-acuminata, apice carinato in aristam porrecto.

663. F. *ovina L.* (W. Goth. n. 80) panicula subsecunda, spiculis oblongis, culmo tetragono, foliis setaceis scabris.

Hab. in montosis etc. frequenter. Jun. Jul. ♃.

664. F. *glauca Lam.* panicula subsecunda, spiculis lanceolatis, culmo angulato, foliis setaceis rigidis glaucis.

Hab. in litore arenoso prope pagum Hult *(Prof. Wahlberg).* — Jun. Jul. ♃.

665. F. *rubra L.* (W. Goth. n. 81) panicula patente, spiculis lanceolatis, foliis culmeis planis, radicalibus convolutis.

β umbrosa, spiculis viridibus longius aristatis, foliis radicalibus planis.

Hab. in pratis, ad vias etc. frequenter. *β* in Slottsskogen prope Trädgården. Jun. Jul. ♃. — *β* fere eadem ac *F. rubra β squarrosa* in *Stirp. Cimbritshamn.* memorata.

666. F. *gigantea Vill.* panicula laxissima, aristis valvulis longioribus.

Bromus giganteus Linn. Wahlb. Goth. n. 82. — Wahlenb. Svec.

Hab. in umbrosis ex. gr. prope Lagklarebäck ad rivulum (Wahlb. l. c.) et in Slottsskogen prope Trädgården meridiem versus. Jul. Aug. ♃.

304. Glyceria *R. Br.* Glumæ 2, multifloræ spicula breviores. Valvulæ 2 convexæ lanceolatæ acutæ ecarinatæ, apice scarioso sæpe lacero.

667. G. *pratensis Fr.* panicula patente, spiculis 6-8-floris, culmo erecto.
Bromus pratensis Fr. Wahlb. Goth. n. 83.
F. elatior Linn. Svec. Wahlenb. Svec.
Hab. in pratis frequenter. Jun. Jul. ♃.

668. G. *fluitans Br.* (W. Goth. n. 69) panicula divaricata, spiculis 7-10-floris, culmo adscendente.
Festuca fluitans L.
Molinia fluitans Hartm. Skand.
Hab. in fossis, ad rivulos etc. locis aquosis frequenter. Jun. Jul. ♃. Folia longissime aquam innatant.

305. Enodium *Gaud.* Glumæ 2 spicula breviores. Valvulæ 2 lanceolatæ subæquales acutæ convexæ.

669. E. *cæruleum Gaud.* panicula coarctata, spiculis subtrifloris, culmo enodi.
Aira cærulea Linn.
Molinia cærulea Mönch. Walhb. Goth. n. 65.
Hab. in pratis subhumidis frequenter. Jul. ♃.

306. Melica *L.* Glumæ 2 spicam æquantes, 1-2-floræ. Valvulæ ovatæ concavæ, exterior apice subbifida.

670. M. *uniflora Retz.* panicula ramosa, spiculis erectis unifloris.
Hab. in rupibus locis umbrosissimis in Slottsskogen ad Trädgården meridiem versus. Maj. Jun. ♃.

671. M. *nutans L.* (W. Goth. n. 63) panicula simplici, spiculis nutantibus bifloris.
Hab. eisdem locis ac præcedens. Maj. Jun. ♃.

307. Triodia *Br.* Glumæ 2 spiculam subæquantes, multifloræ. Valvulæ demum coriaceæ, exterior oblonga apice tridentata, interior ovata margine ciliata.

672. T. *decumbens P. B.* (W. Goth. n. 79) panicula pauciflora, culmo compresso decumbente.
Festuca decumbens Linn.
Hab. in pascuis et pratis sterilibus frequenter. Jul. Aug. ♃.

Trib. V. Gramineæ Spicatæ. *Rachis simplex, latere spiculis opposito plano-canaliculata, exciso-dentata; spiculæ in scrobibus absque pedicello innatæ.*

308. Lolium *L.* Spiculæ margine rachidi adversæ. Gluma 1, multiflora. Valvula exterior mutica l. sub apice aristata.

673. L. *perenne* L. (W. Goth. n. 94) spiculis muticis gluma longioribus.

Hab. ad vias, agrorum margines etc. frequens. Jul. Aug. ♃.

674. L. *arvense* With. spiculis submuticis glumam æquantibus, radice annua.

L. temulentum β Wahlenb. Svec.

Hab. in agris præcipue inter *Linum*. Jun. Jul. ⊙.

675. L. *temulentum* L. (W. Goth. n. 93) spiculis aristatis gluma brevioribus.

Hab. inter segetes v. c. ad pagum Eklanda (Wahlb. l. c.) et in Slottsskogen. Jul. Aug. ⊙.

309. Triticum L. Spiculæ latere plano rachidi adversæ. Glumæ 2 multifloræ. Valvula exterior glumis conformis aristata l. mutica.

676. T. *caninum* L. (W. Goth. n. 89) glumis trinervibus, flosculis aristatis, radice fibrosa.

Hab. in nemoribus passim v. c. ad Lagklarebäck (Wahlb. l. c.); in Slottsskogen prope Trädgården meridiem versus et in insula Grötö. (Ceterum in insula Klöfverö prope Marstrand). Jul. ♃.

677. T. *repens* L. (W. Goth. n. 90) glumis subquinquenervibus, flosculis aristatis l. muticis, radice repente.

Hab. in cultis etc. ubique. Jun. — Aug. ♃.

678. T. *junceum* L. (W. Goth. n. 91) glumis 9-nervibus subtruncatis, flosculis muticis, foliis convolutis.

Hab. in litore arenoso insulæ Vrångö (Wahlb. l. c.). Jul. ♃.

310. Elymus L. Spiculæ binæ ternæve in unaquaque scrobe. Glumæ subulatæ multifloræ.

679. E. *arenarius* L. (W. Goth. n. 92) flosculis pubescentibus, foliis convolutis rigidis.

Hab. in litore arenoso plurimarum insularum. Jul. Aug. ♃.

311. Nardus L. Glumæ 0. Valvulæ 2 inæquales, exterior major subulata.

680. N. *stricta* L. (W. Goth. n. 38) spica glabra secunda, foliis setaceis.

Hab. in sterilibus siccis frequenter. Maj. Jun. ♃.

Index Plantarum adventitiarum dubiarumve.

Veronica acinifolia ***L.*** passim lecta in agris prope Lagklarebäck a Cel. *Prof. Wahlberg.*

Valeriana dioica Wahlb. Goth. est forma parum insignis *Valerianæ officinalis* Linn. — *Cfr. Wahlenb. Svec.*

Alopecurus agrestis L. non raro circa Gothoburgum locis præcipue ubi saburra, e exteris terris allata, ejicitur.

Phalaris canariensis L. cum priori ex. gr. ad Nya Jernvågen.

Hierochloa odorata Röm., auctoritate Bromelii in *Wahlb. Flor. Goth.* recepta, mihi in his regionibus numquam obvia.

Asperula odorata L. in Wahlb. Goth., auctoritate Bromelii allata, nec a me saltim lecta.

Polemonium cæruleum L. Wahlb. Goth., in agris prope Mölndal, ut audivi, adhuc persistens.

Datura Stramonium L. Wahlb. Goth., "ad Liseberg."

Atriplex hortensis L. Wahlb. Goth. — colitur, et in cultis quasi spontanea.

Scandix Anthriscus L. ad Gothoburgum secundum *Linn. It. Scan.*

Linum usitatissimum L. Wahlb. Goth.

Ornithogalum umbellatum L. Wahlb. Goth. e hortis, ut per totam Sveciam meridionalem, passim ejectum.

Oenothera biennis L. cum saburra passim adportata.

Reseda luteola L. cum priori.

Reseda lutea L. cum prioribus.

Prunus Cerasus L. Wahlb. Goth., in montibus Börjesfjäll prope Lagklarebäck.

Potentilla fruticosa L. Wahlb. Goth., omnino culta!

Papaver Rhoeas L. Wahlb. Goth., "ad Gammelstaden."

Papaver somniferum L. Wahlb. Goth., cum priori, a me nunquam lectum.

Elsholzia cristata L. inter Gammelstaden et urbem lecta a Cel. *Prof. Wahlberg.*

Coronopus depressus Mönch, passim lectus.

Cochlearia Armoracia L. Wahlb. Goth.

Sisymbrium Irio *L.* hic, ut alibi in Svecia, adventitium.
Malva moschata *L.* Wahlb. Goth., "ad Lagklarebäck."
Medicago falcata *L.* Wahlb. Goth., in prato Lerflatan prope Lagklarebäck
Cichorium Intybus *L.*
Serratula tinctoria *L.* Wahlb. Goth., ad Gothoburgum secundum *Bromelium.*
Onopordon Acanthium *L.* ad Sågen in Masthugget et in insula Mansholmen prope Warholmen, ubi copiose, ut forsitan in nostra florula recipiendum esset.
Bellis perennis *L.* Wahlb. Goth., prope Gunnebo ut etiam in Slottsskogen.
Anthemis tinctoria *L.* Wahlb. Goth., *Cfr. p. 4.*
Orchis latifolia *L.* Wahlb. Goth., secundum *Bromelium.*

Situs Gothoburgi ad mare occidentale, ejusque cum exteris terris commercium, jam suspicari licet, varias in Svecia ut indigenas omnino ignotas plantas, seminibus advectis, hic passim excrescere. Ita se rem habere e catalogo supra allato unusquisque videre potest; talibus autem novitiis florulam nostram augere abs re nimis alienum putavi, a puero jam edoctus quam breviter hæ persistant plantæ, primo alterove evanescentes anno. — Sic ex. gr. quatuor abhinc annis in Nya allén Gothoburgi, plurimisque aliis locis, ubi ejicebatur navium saburra, mihi obviam fuerunt *Alopecurus agrestis*, *Phalaris canariensis*, *Oenothera biennis*, *Coronopus depressus*, *Cichorium*, *Reseda lutea* etc., quarum vero omnium ne individuum quidem cujusque deinde legere licuit. Ipsam *Brassicam monensem* et *tenuifoliam* semel observans, utramque cum ceteris allatis excludere non dubito. Quo respectu me in ipso libro peccavisse non facile inducor, ut credam, nisi melius forsan esset *Carduum tenuiflorum* omittere quam cum vere indigenis miscere; quæ vero ad hunc recipiendum me induxerit causa, jam suo loco satis declaratum opinor. — Quæ vero indigenæ, quæ plantæ e proximis provinciis adventitiæ, sæpe difficillimum dictu.

Meæ sententiæ si hoc respectu severius indulgere voluissem, longe minor hujus esset florulæ plantarum numerus, multæque receptarum tunc forsan excluderentur v. c. *Artemisia campestris*, *Echium vulgare*, *Anchusa*

officinalis, *Chærophyllum Cerefolium*, *Neslia paniculata*, *Papaver Argemone* et *dubium*, *Silene noctiflora*, *Cucubalus Behen*, *Melilotus officinalis* et *vulgaris*, *Prunus Avium*, *Fragaria elatior*, *Rumex conglomeratus*, *Setaria viridis* aliæque, quarum vero unamquamque, ne nimis videar scrupulosus suo inserui loco.

Familiarum Generumque Index.